ꝓtulerit: ſʒ ſubdit: Et gloriam plebis tue iſrael. Memorās antiquā hiſtoriam: ꝙ ſicut olim moyſes dn̄m alloquendo glorioſam retulit faciē: ſic ⁊ ipſi diuinā humanitatis lucē ꝑtingentes: vetus abijcientes velamē: i eandem imaginem tranſformarent̄ de gloria in gloriā. CYRIL. Nā ⁊ſi qdā eoꝝ iobediētes fuerint: tn̄ reliqe ſalue facte ſunt: ⁊ ꝑ xp̄z ꝑuenerūt ad gloriā. Maꝝ p̄mitie fuere diui ap̄li: quoꝝ fulgores vniuerſum orbē illuminant. fuit ēt xp̄s ſingulariter iſrl̄ gl̄ia: q꞉ ſm̄ carnē ex eis ꝓceſſit: q̄uis cunctis vt deꝰ preeſſet ꝑ ſecula bn̄dictꝰ. GRE. niſenus: Et ideo ſignāter dixit: Plebis tue: q꞉ nō ab eis tn̄ eſt adoratus.

¶ In vigilia ſancti ioannis baptiſte. Luce. i. cap.

FUit in diebus herodis regis iude ſacerdos quidam nomine zacharias de vice abia: ⁊ vxor illius de filiabꝰ aaron: ⁊ nomē eius heliſabeth. Erant autez iuſti ambo ante deum: incedentes in omnibꝰ mandatis ⁊ iuſtificationibus domini ſine querela. Et nō erat illis filius: eo ꝙ eſſet heliſabeth ſterilis ⁊ ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.

CHRY. Euangelice narratōis exordiū a zacharia ſumit ⁊ natiuitate ioānis: mirū ante mirū ediſſerens: minus ante maius. nā qm̄ virgo paritura erat: preparauit gr̄a vt vetus ꝑus ꝯciperet. Declarat aūt tp̄s cū dicit: Fuit in diebus herodis: ⁊ adijcit dignitatē cū ſubdit: Regis iude. Alius aūt herodes fuit q ioannē occidit: ſʒ ille tetrarcha fuit: h aūt rex. BEDA: Tēpꝰ aūt herodis alienigene regis dn̄ico atteſtat̄ aduentui. Predictū nanqʒ fuerat: q꞉ nō deficiet princeps de iuda: neqʒ dux de femore eius donec veniat q mittendꝰ ſte. Ex quo. n. patres ex egypto exierunt ſue gentis iudicibus vſqʒ ad ſamuel ꝓphetā: ac deīde regibus vſqʒ ad trāſmigratonē babylonie regebant̄. Poſt reditū ꝟo babylonie ꝑ pontifices rex ſūma gerebat̄: vſqʒ ad hircanū regē ſimul ⁊ pontificē: quo ab herode iterempto iudee regnū ipſi herodi alienigene iuſſu auguſti ceſaris tradit̄ gubernādū: cuiꝰ .xxxi. āno iuxta ꝓphetā ſupradcām: q mittēdus erat aduenit. AMBRO. Docet aūt nos diuina ſcriptura nō ſolū mores in his q predicabiles ſunt: ſʒ ēt parētes oportere laudari: vt veluti trāſmiſſa imaculate puritatis hereditas: i his quos volumus laudare precellat. Nō ſolū igit̄ a parentibus ſʒ ēt a maioribus ſancti ioānis nobilitas ꝓpagat̄: nō ſeculari ptāte ſublimas ſed religōnis ſucceſſione venerabilis. Plena eſt igit̄ laudatio qua genꝰ: mores: officiū: factū: iudiciū cōprehendit. officiū i ſacerdotio. vn̄ dicit: Sacerdos qdā noie zacharias. BEDA: in ho. De ſacerdotali. n. ꝓſapia Ioānes ortus: vt eo potentiꝰ mutationē ſacerdotij preconizaret quo ipſum ad ſacerdotale genus ꝑtinere clareſceret. AMBRO. Genꝰ aūt cōprehēdit in maioribꝰ. vn̄ ſeqt̄: De vice abia. i. nobilis inter familias. BEDA: Erāt. n. p̄ncipes ſanctuarij. i. ſūmi ſacerdotes tā de filijs eleazar q̄ʒ de filijs ithamar: quoꝝ vices ſm̄ miniſteria ſua vt ingrederent̄ domū dei. xxiiij. ſortibus dauid diſtinxit: i qbus familie abia de q̄ zacharias ortus eſt: ſors ꝯtigit octaua. Non aūt fruſtra p̄mus noui teſti preco i octaue ſortis iure naſcit̄: q꞉ ſicut ſeptenario ſepe numero ꝑꝑ ſabbatū vetus teſtm̄: ſic nouū aliquotiens ꝑ octonariū ꝑꝑ ſacr̄m dn̄ice vel noſtre reſurrectōis exp̄mit̄. THEO. Volēs ēt oſ̄ndere ꝙ legal̄r ex ſacerdotali genere erat: ſubdit: Et vxor illi de filiabus aaron: ⁊ nomen eius heliſabeth. Leuiti. xxij. Nō. n. ꝑmittebat̄ de alia tribu vxorē accipe: ſʒ de ſua. heliſabeth iterpretat̄ reqes: zacharias vero memoria dn̄i. BEDA in ho. Iuſtis. n. parētibus ioānes ē genitꝰ: vt eo ꝯfidētius iuſticie precepta ppl̄is daret: quo hec ipſa nō q̄ſi nouitia didiciſſe: ſʒ velut hr̄ditario iure a ꝓgenitoribꝰ accepta ſuaret. vn̄ ſeqt̄: Erāt aūt ambo iuſti an̄ deū. AMB. Et ſic mores i eqtate cōprehēdit. Bene āt dicit an̄ deū. fieri. n. pōt vt aliqs affectata bonitate pplr̄i iuſtꝰ videat̄ mihi: iuſtus aūt an̄ deū nō ſit: ſi iuſticia nō ex mētis ſimplicitate formet̄: ſʒ adulatōe ſimulet̄. Perfecta igit̄ laus ē an̄ deū iuſtū eē ſolus. n. perfectior ē q ab eo ꝓbat̄: q nō pōt

falli. F cm̄ aūt cōprehendit i mādato: i iuſti/
ficatiōe iudiciū. vñ ſeqꝉ: Incedentes i oībus
mādatis ⁊ iuſtificatoīb⁹ dñi. Cū.n.mādatis
celeſtib⁹ obedim⁹: i mādatis dñi incedun⁹.
cū ꝯgrue iudicamus: tenere dñi iuſtificatio/
nes videmur. Prouidere aūt oportet bona
nō ſolū corā deo: ſꝫ ēt corā hoībus. vñ ſeqꝉ:
Sine q̄rela. Nulla.n.q̄rela eſt vbi ⁊ mētis
bonitas ꝯcordat ⁊ fci: ⁊ pleruncꝫ iuſticia du
rioꝛ boium q̄relā excitat. ORI. Pōt etiaꝫ
aliqd iuſtū iniuſte fieri: vt ſi iactantie cā quis
pauperi elargiaꝉ: qđ nō eſt ſine querela. Se/
quiꝉ: Et nō erat illis filius: eo ꝙ erat ſterilis
helisabeth: ⁊ ambo ꝓceſſiſſent in dieb⁹ ſuis.
CHRY. Nō ſolū aūt helisabeth erat ſteri
lis: ſꝫ ⁊ pͥarchaꝝ ꝯiuges: Sara Rebecca:
Rachel: qđ dedec⁹ erat antiqs. nō poſſum⁹
dicere ꝙ peccati effectus eſſet ſterilitas: cun/
cti iuſti: cuncti virtuoſi. Hec aūt fuit ſterilita
tis cā: vt cū videris virginē parienteꝫ dñm:
nō ſis icredulus exercitās mentem tuā i aluo
ſteriliuꝫ. THEO. Et vt ēt tu addiſceres
ꝙ lex dei multiplicationem filioꝝ nō appetit
corporalem: ſꝫ magis ſpūalem. Proceſſerāt
aūt ambo: nō ſolū ſꝫm corp⁹: ſꝫ ſꝫm ſpm̄ aſcē/
ſiōes in corde ponentes: ⁊ vitam ſuam vt di
em ⁊ non vt noctem habentes: quaſi i die ho
neſte ambulantes.

Factum eſt autem cum ſacerdotio
fungeretur zacharias in ordine vicis
ſue ante deum ſecundum conſuetudi/
nem ſacerdotij ſorte exijt vt incenſum
poneret: ingreſſus in templum domi/
ni. Et omnis multitudo populi erat
orans foris hora incenſi.

BEDA: Per moyſen dñs vnum ꝯſtituit
ſūmū ſacerdotem cui mortuo vnū ſuccedere
iuſſit: ⁊ h̄ vſqꝫ ad dauid tempora ſuatū eſt: a
quo plures fieri dño agente decretuꝫ eſt. vñ
nūc zacharias in ordine vicis ſue ſacerdotio
functus eſſe aſſeriꝉ cū dr̄: F cm̄ eſt aūt cuꝫ ſa
cerdotio fungeretur zacharias i ordine vicis
ſue an̄ deū ſꝫm ꝯſue. ſacer. ſorte exijt vt icen/
ſum poneret ingreſ. i tem. dñi. AMB. Vi
deꝉ aūt hic zacharias ſūmus deſignari ſacer/
dos: qꝛ ſel. i āno ſol⁹ ſūmus ſacerdos i ſecū/
do ſanctuario itrabat: nō ſine ſanguine queꝫ
offerret ꝓ ſe ⁊ ꝓ populi delictis. BEDA:
Non aūt nunc noua ſorte electus eſt cū incē
ſum eſſet adolendū: ſꝫ priſca ſorte cum ex or
dine ſui pontificatus in vicem abia ſuccede/
ret. Sequiꝉ: Et omnis multi. po. erat orās
foris hora incenſi. Incenſuꝫ in ſanctaſancto
rum a pontifice deferri expectante foris tem
plum omni populo decimo die ſeptimi men
ſis eſt iuſſum: ⁊ hanc diem expiationis ſiue
propitiationis vocari: cuius diei myſterium
apoſtolus ad hebreos pandens: ieſum oſten
dit pontificem eſſe verum qui in ſanguine ꝓ
prio celi ſecreta ſubijt: vt propitiuꝫ nobis fa
ceret patrem: ⁊ interpellaret pro peccatis eo/
rum qui adhuc pro foribus orantes expectāt
AMBRO. Hic eſt autem ille ſummus
ſacerdos qui adhuc ſorte queritur: quia ver⁹
adhuc ignoratur qui enim ſorte eligitur: hu/
mano iudicio non comprehenditur. Ille igiꝉ
querebatur: ⁊ alius figurabatur. verus ieter
num ſacerdos qui non hoſtiarum cruore: ſꝫ
proprio patreꝫ deum generi reconciliaret hu
mano: ⁊ tunc quidem vices erant: nunc autē
eſt perpetuitas.

Apparuit aūt illi angel⁹ domini
ſtās a dextris altaris icēſi. Et zachari/
as turbat⁹ ē vidēs: ⁊ timoꝛ irruit ſup
eū. Ait aūt ad illū āgelus: Ne timeas
zacharia: quoniā exaudita ē deprecatio
tua. Et vxoꝛ tua helisabeth pariet tibi
filiū: ⁊ vocabis nomē ei⁹ ioāneꝫ: ⁊ erit
gaudium tibi: ⁊ exultatio: ⁊ multi i ei⁹
natiuitate gaudebunt.

CHRY. Ingreſſus zacharias i tēplū vt
preces ferret ꝓ cunctis ad deū: ⁊ quaſi dei ⁊
hoīum mediatoꝛ vidit angelū itus ſtantē. vñ
dr̄: Apparuit aūt illi angelus dñi ſtans a de
xtris altaris icenſi. AMB. Bñ apparuiſſe
dr̄ ei q eū repente conſpexit: ⁊ h̄ ſpecialiter:
aut de angelis aut de deo ſcriptura diuina te
nere ꝯſueuit: vt qđ nō pōt preuideri appareꝛ
dicaꝉ. Nō.n.ſil'r ſenſibilia videꝉ: ⁊ is cui⁹ i
volūtate ſitū ē videri. ⁊ cui⁹ nature ē nō vide
ri. ORI. Et h̄ tm̄ i p̄nti ſclo dicim⁹: ſꝫ ⁊ in
futuro cū migrauerim⁹ a mūdo: nō oīb⁹ vel
de⁹ vel āgeli apparebūt: ſꝫ ille tm̄ videbit q
mūdum habuit coꝛ. Locus autem nec noce/
re poterit quencꝫ nec iuuare. CHRY.
Manifeſte autem apparuit: non in ſomnis

ſeo ꝙ nimis arduum annūciabaẜ. vñ manife
ſtiori ⁊ mirabiliori viſione egebat. DA/
MA. Tñ angeli nō vt ſunt hominib⁹ pate
ſiunt: ſed trāſſigurati prout poſſunt viſores
aſpicere in quodcūqꝫ iuſſerit dñs. BASI.
Dicit aūt: Altaris incenſi eo ꝙ alterū erat al
tare deputatū ad holocauſta. AMB. Non
immerito aūt angelus videẜ in templo: quia
veri ſacerdotis annunciabatur iā aduētus:
⁊ celeſte ſacrificiū parabaẜ: i quo angeli mini
ſtrarēt: nō. n. dubites aſſiſtere angelū quan/
do chriſtus imolatur. Apparuit āt a dextris
altaris icenſi: qꝛ diuine inſigne miſericordie
deferebat. Dñs. n. a dextris eſt mihi: ne cō/
mouear. CHRY. Non poteſt āt hō quā
tūcūqꝫ ſit iuſtus abſqꝫ timore cernere āgelū.
vnde ⁊ nūc zacharias aſpectum nō tolerās ꝑ
ſentie angeli nec fulgorē illū valēs ſufferre
turbatur. Et h̄ ē qđ ſubdiẜ: Et zacharias tur
batus eſt videns. Sicut aūt auriga pterrito:
loriſqꝫ dimiſſis corruunt equi ꝑcipites: tota/
qꝫ q̄driga ꝑuertiẜ: ſic accidere cōſueuit aīe q̄/
tiens ab aliquo ſtupore vel ſollicitudine dep̄
mitur. vnde ⁊ h̄ ſubdiẜ: Et timor irruit ſup
eum. ORI. Noua quippe facies humāis
ſe obtutibus prebens turbat mētem animū/
qꝫ cōſeruat. vñ angelus ſciēs hāc humanam
eē naturam ꝑmū perturbatiōi medeẜ. Nam
ſequitur: Ait aūt ad illum angelus: ne time/
as zacharia. ATHA. In vita antonij. vñ
non difficilis eſt bonorū ſpirituū maloꝝqꝫ
diſcretio. ſi eni poſt timorē ſucceſſerit gaudi
um: a domino veniſſe ſciamus auxilium:
qꝛ ſecuritas aīe preſentis maieſtatis indiciū
eſt. ſi aūt incuſſa formido ꝑmāſerit: hoſtis ē
qui videẜ. Nō ſolū aūt trepidātē refocillat:
ſed ēt nouo letificat nuncio ſubdēs: Quoni
am exaudita ē deprecatio tua: ⁊ vxor tua he/
liſabeth pariet tibi filium. AVG. de que/
ſti. euā. Ubi primo hoc attēdēdū ē: qꝛ nō ē
veriſimile vt cum ꝓ peccatis ppl'i vel ſalute
vel redēptione ſacrificium ille offerret: ꝙ po
tuerit publicis votis relictis hō ſenex vxorē
hñs pro accipiendis filijs orare preſertiꝫ: nā
nemo orat accipere qđ accepturum eē deſpe
rat. Uſqꝫ adeo aūt ille iā ſe habiturū filios
deſperabat: vt hoc angelo ꝓmittēti nō crede
ret. Ergo qđ ei dicitur: Exaudita ē depreca/
tio tua. ꝓ ppl'o intelligendum eſt: cuius po/
puli quoniam ſalus ⁊ redēptio, ⁊ peccatorū

abolitio ꝑ chriſtum futura erat: adhuc nūcia/
tur zacharie naſciturus filius: quia ꝑcurſor
chriſti deſtinabatur. CHRY. Uel ꝙ ſit
exaudita eius deprecatio probat per hoc: ꝙ
gignēdus erat ei filius clamās: Ecce agnus
dei qui tollit peccata mūdi. THEO. Qua
ſi ipſo dicēte: vnde erit mihi hoc manifeſtū:
ait angel⁹ ex h̄ ꝙ heliſabeth pariet: credes ꝙ
pctā ppl'o ſūt remiſſa. AMB. Uel aliter.
Plena ſp ⁊ redūdātia ſūt diuina bñficia nō
exiguo ꝯſtricta munere: ſed vberi bonoꝝ co
aceruata cōgeſtu: vt hic ꝑmū ꝑcatiōis fruct⁹
ꝓmittiẜ: deīde ſterilis ꝑtus vxoris: Cui⁹ no
mē ꝑnūciat ſubdēs: Et vocabis nomē ei⁹ io
annē. BEDA: Singularis meriti īdiciū
daẜ: quotiēs hoībus a deo vel īponiẜ nomē
vel nūciaẜ. CHR. ſup ioānē: Illđ quoqꝫ
oportet exꝑmere: qm̄ i qbus ab ipſa tenerita
te ifantie vict⁹ refulgere debebat: a ꝑncipio
diuinit⁹ ſumebāt noīa. His xo q poſtea de
bebāt excreſcere: nomē poſtea īponebatur.
BEDA: Ioānes ergo īterꝑtaẜ in q̄ ē grā:
vel dñi grā: q̄ noīe declaraẜ ꝑmo parentib⁹
ei⁹ grāꝫ qb⁹ decrepitis naſcereẜ fili⁹ eē dona/
tā: deīde ipſi ioāni q magnus corā dño erat
futurus: poſtremo ēt filijs iſrael q̄s ad dñm
erat cōuerſurus. vñ ſequiẜ: Et erit gau. tibi
⁊ exul. ORI. Qñ. n. iuſt⁹ oriẜ i mūdo: mi
niſtri natiuitatis ei⁹ letāẜ. qñ xo ille naſciẜ q
quaſi ad penas ⁊ argaſtulum relegaẜ: mini/
ſter conſternatur ⁊ concidit. AMB. Scīs
autem non ſolum parentum gratia: ſed etiā
ſalus eſt plurimorum. vnde ſequiẜ: Et mul/
ti in natiuitate eius gaudebunt. Admoneẜ
h̄ loco ſanctorum generatione letari: admo/
nentur parentes gratias agere. non eniꝫ me
diocre munus eſt dei: dare liberos: ꝓpaga/
tores generis: ſucceſſionis heredes.

¶ Erit enim magnus coram domi
no: ⁊ vinum ⁊ ſiceram non bibet. Et
ſpirituſancto replebitur adhuc ex vte/
ro matris ſue: ⁊ multos filiorū iſrael
conuertet ad dominum deum ipſorū.
Et ipſe precedet ante illum in ſpiritu
⁊ virtute helie: vt conuertat corda pa
trum in filios: ⁊ incredulos ad prudē/
tiam iuſtorum: parare domino plebeꝫ
perfectam.

AMRBO. ¶Poſt leticiam plurimorum
magnitudo virtutis promittitur cuz dicitur:
Erit.n.magnus coraz dño. Nõ corporis ſʒ
aie magnitudinem declarauit: eſt coram dño
magnitudo anime: magnitudo virtutis.
THEO. Multi nanqʒ magni dicunt: ſʒ
coram hoībus: non coram deo ſicut hypocri
te. ita autem ⁊ parentes ioannis iuſti coram
domino dicti ſunt. AMBRO. Deinde
non fines alicuius propagauit imperij: non
triumphos bellici certaminis reportauit: ſed
quod eſt amplius predicans in deſerto: deli
tias hominum corporiſqʒ laſciuiam magna
animi virtute depreſſit. vnde ſequit: Et vi-
num ⁊ ſiceram non bibet. BEDA: Sice-
ra interpretatur ebrietas: quo vocabulo he-
brei omne quod inebriare poteſt poculum ſi
ue de pomis ſiue de frugibus: ſeu de quali-
bet alia materia confectum ſignificant. Pro
prium vero in lege nazareorum erat vino ⁊
ſicera tempore obſecrationis abſtinere. vn-
de ioannes ceteriqʒ tales vt ſemper nazarei
.i. ſancti manere poſſint: ſemper his abſtine
re ſatagunt. non.n. decet vino in quo eſt lu-
xuria inebriari eum qui muſto ſpirituſſancti
deſiderat impleri. vnde recte cui vini ebrie-
tas tollitur: ſpiritus gratia cumulatur. Se-
quitur autem: Et ſpirituſancto replebitur ad
huc ex vtero matris ſue. AMBRO:
Cui ſpirituſſanctus infunditur: magnarũ ē
plenitudo virtutum. Siquidem ſanctus io-
annes anteqʒ naſceretur: matris adhuc i vte
ro poſitus ſpiritus accepti gratiam deſigna-
uit: cum in vtero parentis exiliens domini
euangelizauit aduentum. Alius eſt ſpiritus
vite huius: aliꝰ gratie. Ille naſcēdo ſumit ex
ordiũ: moriēdo defectũ. Iſte nõ etatibꝰ coer-
cet: nõ obitu extinguit: nõ aluo matris exclu
dit. GRECVS: Qđ aũt erit opꝰ ioãnis
qd ve per ſpm ſcm peraget: oñdit ſubdens.
Et multos filioꝝ iſrael ɔuertet ad dñm deũ
ipſoꝝ. ORI. Joãnes qdē plurimos ɔuer
tit: dñi aũt opꝰ ē vt oēs ad deũ patrē ɔuer
tat. BEDA: Cũ aũt ioãnes q chriſto teſti-
moniũ perhibēs: i eiꝰ fide pplos baptizabat
dr filios iſrael ad dñʒ deũ ipſoꝝ ɔuertiſſe. pʒ
xpm dñm deũ eſſe iſrael. vñ deſinãt arriani
chriſtũ dñm deũ eſſe negare. Erubeſcãt pho
tiniani chriſto ex virgine pncipiũ dare. Ceſ-
ſent manichei aliũ ppli iſrael atqʒ aliũ chri-
ſtianoꝝ deũ credere. AMBRO. Nõ ãt
egemꝰ teſtimonio: qꝛ plurimoꝝ ſanctꝰ ioan-
nes corda ɔuertit: i quo nobis ꝓphetice ſcri
pture ⁊ euãgelice ſuffragant: Vox enim cla
mãtis i deſerto ¶Parate viã dño. Nõ.n. de
ſe: ſʒ de dño predicabat prenũcius chriſti. ⁊
ideo ſequit: Et ipſe precedet an̄ illũ in ſpũ ⁊
virtute helie. Bñ precedet an̄ illũ q prenũciꝰ
natꝰ ē prenũcius mortuus ē. Bñ ēt iungit.
In ſpiritu ⁊ virtute helie. ORI. Nõ dicit
in aia helie: ſʒ i ſpũ ⁊ virtute. Spũs.n. qui
fuerat in helia venit in ioãne: ⁊ ſimiliter vir-
tus eiꝰ. AMBRO. Nunqʒ.n. ſine vir-
tute ſpũs vel ſine ſpũ virtꝰ: ⁊ iõ i ſpũ ⁊ vir-
tute: qꝛ ſanctus helias ⁊ virtutem habuit ma
gnã ⁊ grãm. virtutē vt ad fidē aïos pploꝝ
a perfidia retorqret. virtutē abſtinentie atqʒ
patiētie ⁊ ſpm̃ ꝓphetãdi i deſerto helias: in
deſerto ioãnes. Ille achab regis grãm nõ q̃
ſiuit: hic ſpreuit herodis. Ille iordanē diuiſit
hic ad lauacrũ ſalutare ɔuertit. Ille ꝑoris: h
ſequētis dñici precurſor aduētꝰ. BEDA:
Qđ aũt de helia per malachiã predictum ē:
hoc per angelũ de ioãne dicitur: cum ſubdi-
tur: Vt conuertat corda patrum in filios. ſpi
ritualem antiquorum ſanctorum ſcientiã po
pulis predicãdo infundens. Et incredulos
ad prudētiã iuſtoꝝ. q̃ ē nõ de legis operibꝰ
iuſticiã preſũmere: ſʒ ex fide ſalutē querere.
GRECVS: Vel aliter: ¶Parētes ioãnis
⁊ aploꝝ iudei fuerũt: ſʒ tñ ɔtra euangeliũ ex
ſuperbia ⁊ infidelitate ſeuiebãt. Itaqʒ tanqʒ
benigni filij ioãnes ꝑus ⁊ apoſtoli ɔñter eis
veritatem monſtrabant: in ꝓpriam iuſticiaʒ
⁊ prudentiam eos attrahentes: ſic etiam heli
as reliquias hebreorum conuertit ad apoſto
lorum veritatem. BEDA: Quia vero za-
chariam pro plebe ſupplicantez dixerat exau
ditum: ſubiungit: ¶Parare domino plebem
perfectam. in quo docet quo ordine plebs ea
dem ſaluari ⁊ perfici debeat: ad predicationē
.ſ. ioannis penitendo ⁊ credendo in chriſtũ.
THEO. Vel aliter: Joannes plebem pa
rauit: non incredulam: ſed perfectam. i. pre-
peratam ad ſuſcipiendum chriſtũ. ORI.
Sacramentum autem ioannis vſqʒ nũc ex-
pletur in mundo. Quicunqʒ.n. crediturus
eſt in ieſum chriſtum: antea ſpiritus ⁊ virtꝰ
ioannis ad animam illius venit: ⁊ preparat
domino populum perfectum: vnitum.

¶ In die natiuitatis ioannis baptiſte. Luce. i. cap.

HEliſabeth impletum eſt tempus pariendi: ⁊ peperit filium. Et audierunt vicini ⁊ cognati eiꝰ quia magnificauit dominꝰ miſericordiam ſuam cum illa: ⁊ congratulabantur ei.

AMBRO. Si diligēter aduertas plenitudinis verbū: nuſꝙ̄ īuenies poſituꝫ niſi in generatiōe iuſtoꝝ. vñ ⁊ nūc dr̄: Eli. iple. eſt tem: pari. Plenitudinē. n. hꝫ iuſti vita: inanes aūt ſunt dies ipioꝝ. CHRY. Jcirco aūt deꝰ heliſabeth partuꝫ retardauit: vt gaudiū augeref ⁊ famoſiorē faceret mulierē vñ ſeqr̄: Et audi. vi. ⁊ cog. eiꝰ: qꝛ mag. do. miſ. ſuā cū illa: ⁊ cōgra. ei. Nā q ſterelitateꝫ eiꝰ cognouerāt: teſtes diuine gratie ſunt effecti. Nemo aūt viſo infante cū ſilentio diſcedebat: ſꝫ deū q illū ex inſperato ꝯceſſerat collaudabat. AMB. Habet. n. ſanctoꝝ editio leticiā plurimoꝝ: qm̄ cōe ē bonū. Juſticia. n. cōis eſt virtus: ⁊ ideo in ortu iuſti future vite īſigne premittif: ⁊ gratia ſecuture virtutis exultatiōe vicinoꝝ prefigurate deſignaf.

¶ Et factum eſt: in die octauo venerunt circumcidere pueruꝫ: ⁊ vocabant eum nomine patris ſui zachariam. Et reſpondens mater eius dixit: Nequaꝙ̄ ſed vocabitur ioannes. Et dixerūt ad illam: Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Jnnuebant autem patri eius: quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Joānes eſt nomē eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illico os eius: ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur benedicens deum.

CHRY. Circūciſiōis norma ꝑmo tradita ē abrae i ſignū diſtinctōis: vt genꝰ patriarche ipermixtū ꝯſeruef: ⁊ ſic ꝓmiſſa bona ꝯſequi valeāt. Vbi aūt pacti ꝯſūmatur negociū appoſitū ſignū de medio tollif. ſic igitur ⁊ ꝑ xp̄m circūciſiōe ceſſante baptiſmꝰ ſuccedit: ſꝫ antea ioānē circūcidi decebat. vñ dr̄: Et fac. ē in die octa. vene. circū. pueꝝ. Dixerat enī dñs. Infans. viij. dieꝝ circūcidaf in vobis. Hāc aūt tpis mēſurā a diuina clemētia ꝯſtitutā autumo duplici de cā. ꝑmo quidē vt i tenerrima etate leuiꝰ patiaf dolorē ſectōis carnis. Secūdo vt ex ipſis operibꝰ moneamur: qm̄ h agebaf in ſignū. tener. n. puer minime diſcernit ꝙ̄ circa ipm̄ fiūt. Poſt circūciſionē aūt nomē iponebaf. vñ ſeqr̄: Et vo. euꝫ no. pa. ſui zachariā. Hoc aūt ideo fiebat: qꝛ ꝑus oportet ſumer ſignaculū dñi: ⁊ poſtea nomē humanū. vel qꝛ nullus niſi ꝑus abijciat carnalia qđ ſignificat circūciſio: dignꝰ ē ꝙ in libro vite nomē eius ſcribaf. AMB. Mirari aūt ſanctꝰ euāgeliſta premittendū putauit: ꝙ plurimi īfantē patris noīe zachariā appellādū putarūt: vt aduertas matri nō nomē alicuius diſplicuiſſe degeneris: ſꝫ id ſcō infuſum ſpū: qđ ab angelo añ zacharie fuerat ꝓnūciatū. Et qdē ille mutus ītimare vocabuluꝫ filij nequ vxori: ſꝫ ꝑ prophetiā heliſabeth didicit: qđ nō didicerat a marito. vñ ſeqr̄: Et rñ. mr̄ eiꝰ dixit: Nequa. ſed vo. ioānes. Nec mireris ſi nomē mulier qđ non audiuit aſſeruit: qñ ſpūs ei ſcūs q angelo mādauerat reuelauit: necꝫ poterat dñi ignorare prenunciuꝫ: q ꝓphetauerat xp̄m. Et bñ ſeqr̄: Et dix. ad il. qꝛ ne. ē i cog. tua: q vo. hoc noīe. vt itelligas nomē non generis eſſe ſed vatis. Zacharias quoqꝫ nutu iterrogaf. vñ ſeqr̄: Jnuebāt autē patri eiꝰ quē vellet vocari eū. Sꝫ qꝛ īcredulitas ei affatū eripuerat ⁊ auditū: qđ voce non poterat: manu litteris ē locutus. vñ ſeqr̄: Et poſtu. pugil. ſcri. dicēs: Joā. ē no. eiꝰ. Hoc ē: nō ei nos nomē iponimꝰ q iam a deo nomē accepit. ORI. Zacharias qdē iterpretatur memor dei: Joānes aūt ſignificat demōſtrantē: ceteꝝ ⁊ abſētis memor ⁊ p̄ſētis demōſtratio ē. Debebat aūt ioānes nō memoriaꝫ dei vt abſentis exp̄mere: imo digito demonſtraf p̄ſētē dicēs: Ecce agnꝰ dei. CHRY. Quinetiā hoc nomē ioānes grā dei interpretaf. Qꝛ ergo gratia diuina fauente nō natura heliſabeth hūc filiū cepit: bñficij memoriā in nomine pueri cōſcripſerunt. THEO. Quia vero cum muliere circa h nomē pueri pater mutus concordauit. Seqr̄: Et mirati ſunt vniuerſi. Nemo. n. huiꝰ nominis erat

in cognatione eorum vt aliquis diceret: q an
tea h ambo cogitassent. GREGO. nazā
zenus: Editus ergo ioannes zacharie solut
silentium. vnde sequitur: Apertum est autē
illico os eius: ⁊ lingua eius. Absurdum. n.
erat vt cū vox verbi progressa fuisset: pater
maneret elinguis. AMB. Merito etiā cō
tinuo resoluta est lingua eius: qꝛ quam vin
xerat incredulitas soluit fides. credamus igi
tur ⁊ nos vt lingua nostra que incredulitatis
vinculis est ligata: rationis voce soluatur. ſcri
bamus spiritu mysteria: si volumus loqui.
Scribamus prenuncium christi: sed non in
tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carna
libus. Etenim qui ioannem loquitur: christū
prophetizat. Sequitur. n. ⁊ loque. bene. de
um. BEDA: Allegorice autē ioannis ce
lebrata natiuitas gratia noui testamenti est in
choata: cui vicini ⁊ cognati nomen patris q̄z
ioannis imponere mallebant: quia iudei qui
legis obseruatione quasi affinitate iuncti erāt
magis iusticiam que ex lege est sectari: q̄z fi
dei gratiam suscipere cupiebant. sed ioānis:
h est gratie dei vocabulum: mater verbis pa
ter litteris nunciare satagunt: quia ⁊ lex ipsa
psalmiq̄z ⁊ prophete apertis sententiarum vo
cibus gratiam christi predicant: ⁊ sacerdotiū
illud vetus figurans cerimoniarum ac sacri
ficiorum vmbris eidem testimonium perhi
bet. Pulchreq̄z zacharias. viij. die ꝓlis edi
te loquitur: quia per domini resurrectionem
que octaua die: hoc est post septimum sabba
ti facta est: occulta legalis sacerdotij archana
patuerunt.

¶ Et factus est timor super omnes
vicinos eorum: ⁊ super omnia monta
na iudee diuulgabantur omnia verba
hec: ⁊ posuerunt omnes qui audierāt
in corde suo dicentes: Quis putas pu
er iste erit? Etenim manus domini
erat cum illo.

THEO. Sicut i taciturnitate zacharie mi
ratus est populus: ita ⁊ cum locutus est. vn
de dicitur: Et fa. ē ti. super omnes vici. eo.
⁊ su. omnia mon. iu. diuul. om. ver. hec. vt
propter hec duo magnum aliquid circa natū
puerū vniuersi existimēt. hec autem omnia
dispensatiue fiebant: vt qui testis esse christi
debebat existeret fidedign⁹. vnde sequitur:
Et posue. omnes qui audie. in corde suo di.
Quis pu. puer iste erit? BEDA: Precur
rentia enim signa prebent iter precursori ve
ritatis ⁊ futurus propheta premissis cōmen
datur auspicijs. vnde sequitur: Etenim ma.
do. erat cum illo. GLO. Prodigia enim
deus in illo peragebat que non faciebat ioā
nes: sꝫ dextra diuina. GRECVS: My
stice autem tēpore diuine resurrectionis pre
dicata gratia christi: salubris timor non solū
iudeorum quia erant vicini vel situ loci vel
scientia legis: sed etiam exterorum gentium
corda concussit: nec tantum montana iudee:
sed omnia mundani regni mundaneq̄z sapi
entie culmina christi fama transcendit.

¶ Et zacharias pater eius repletus
est spiritusancto: ⁊ prophetauit dicēs:
Benedictus dominus deus israel qꝛ
visitauit ⁊ fecit redēptionē plebis sue.

AMB. Bonus deus ⁊ facilis indulgere
peccatis non solum ablata restituit: sed etiā
insperata concedit. Nemo ergo diffidat: ne
mo veterum conscius delictorum premia di
uina desperet. Nouit deus mutare sententi
am: si tu noueris emendare delictum. Ille si
quidem dudum mutus prophetizat. vnde di
citur: Et zacha. pater. eius reple. est spiritu
sancto. CHRY. Scilicet operatione san
cti spiritus: ne quocunq̄z modo gratiam spi
ritussancti nactus: sed ad plenū: ⁊ fulgebat
in eo prophetie donum. vnde sequitur: E
prophetauit. ORIGE. Plenus aūt spi
ritusancto zacharias duas ꝓphetias genera
liter nūciat: ꝓmā de christo: alterā de ioāne:
qđ manifeste de verbis illius probatur in q
bus quasi de presenti: ⁊ quasi iam versarentur
in mundo loquitur de ioāne: ⁊ primo de salua
tore dicens: Benedictus do. de is. qꝛ visi. ⁊
fe. redem. plebis sue. CHRY. Dum de
um benediceret zacharias: visitationem di
cit esse factā ab eo erga populū suū: siue ma
teriales israelitas qs velit accipere: venit. n.
ad oues q̄ pierant domus israel siue spirita
les. i. fideles q digni fuerunt hac visitatiōe:
efficacē erga se diuinā ꝓuisionem faciētes.
BEDA: Visitauit aūt dñs plebē suā qua
si longa infirmitate tabescētē: ⁊ quasi vēditā
sub peccato vnici filij sui sanguine redemit.

Quod zacharias proximo referendum co/
gnouerat: prophetico more quaſi iam factuz
viderat. Dicit autem: Plebem ſuam. non
quia veniens ſuam inuenit: ſed quia viſitan
do ſuam fecit.

ℂ Sequitur ſuper totum canticum: Benedictus.

ℂ Et erexit cornu ſalutis nobis in domo dauid pueri ſui.

THEO. Videbatur deus dormire pecca
ta multa reſpiciens: ſed in nouiſſimis incar/
natus temporibus excitatus eſt ⁊ cõtriuit de/
mones qui nos oderant. vñ dicit̃: Et erex.
cor. ſa. no. in do. da. pue. ſui. ORIGE.
Quia de ſemine dauid ſm̃ carnem natus ẽ
chriſtus. vnde dicitur: Cornu ſalutis nobis
in domo dauid. ſicut ⁊ alibi dictũ eſt: Vinea
facta eſt in cornu. i. in ieſu xp̃o. CHRY.
Cornu autem nominat poteſtatem: gloriam
⁊ famam: methaphorice a brutis aĩalibus il/
lud accipiẽs: quibus loco muniminis ⁊ glo
ria cornua deus dedit. BEDA: Cornu ẽt
ſalutis regnum ſaluatoris chriſti vocat̃. Oſ
ſa ſiquidez omnia carne inuoluta ſunt. Cor
nu excedit carnem: ⁊ ideo cornu ſalutis re/
gnum chriſti vocatur quo mundus ⁊ carnis
gaudia ſuperantur: in cuius figuram dauid
⁊ ſalomon cornu olei ſunt in regni gloriam
conſecrati.

ℂ Sicut locutus eſt per os ſanctorũ qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.

THEO. Quod de domo dauid chriſtus
naſceretur: micheas mentionem facit dicẽs:
Et tu bethleez terra iuda neq̃q̃z minima es:
ex te enim exiet dux: qui reget populum me
um iſrael. Sed ⁊ omnes prophete de incar
natione dixerunt. Et ideo dicitur: Sicut lo/
cu. eſt per os ſanctorũ prophetar̃. GRE.
Per quod innuit deum per illos eſſe locu/
tum: ⁊ non eſſe humanum quod dixerunt.
BEDA: Dicit autem: Qui a ſeculo ſunt.
quia tota veteris teſtamenti ſcriptura ꝓphe/
tice de chriſto proceſſit nam ⁊ ipſe pater adã
⁊ ceteri patrum: factis ſuis eius diſpenſatio
ni teſtimonium reddunt.

ℂ Salutem ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos.

BEDA: Cum primo breuiter premiſiſ/
ſet: Erexit cornu ſalutis nobis: continuo ex
planans quid dixerit ſubdit: Salutez ex ini
micis noſtris. q. d. erexit nobis cornu. i. ere
xit nobis ſalutem ex inimicis noſtris. Et de
manu omnium qui oderunt nos. ORI.
Non autem putemus nunc de corporalibus
inimicis dici: ſed de ſpiritalibus. Venit. n.
dominus ieſus fortis ĩ prelio deſtruere oẽs
inimicos noſtros: vt nos de eorum inſidijs
⁊ tẽtationibus liberos faceret.

ℂ Ad faciendam miſericordiam cuz patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamẽti ſui ſancti. Juſiurandum quod iurauit ad abraam patrem noſtrum daturum ſe nobis.

BEDA: Dixerat dominum iuxta eloqui/
um prophetarum in domo dauid naſcitur̃:
dicit eundem ad explendum teſtamentuz qḋ
abrae diſpoſuit nos eſſe liberaturum: q2 his
precipue patriarchis de ſuo ſemine: vel con/
gregatio gentium: vel chriſti eſt incarnatio
promiſſa. premittitur autem dauid: q2 abrae
ſanctus eccleſie cetus eſt ꝓmiſſus: dauid au
tem q̧ ex eo chriſtus naſciturus eſſet: audi/
uit. Et ideo poſt id quod dictum eſt de da/
uid: ſubdit de abraam dicens: Ad faciendã
miſericordiam cũ pa. noſtris. ORI. Ego
puto q̧ in aduentu domini ſaluatoris ⁊ abra
am ⁊ Jſaac ⁊ iacob functi ſunt miſericordia
eius. Non eſt enim credibile vt qui prius vi
derunt diem illius ⁊ letati ſunt: ⁊ poſtea ĩ ad
uentu ipſius nihil vtilitatis acciperent cum
ſcriptum ſit: Pacem faciens per ſanguinez
crucis ſue: ſiue ſuper terram ſiue in celis.
THEO. Chriſti etiam gratia ſe vſq; ad
illos extendit: qui mortui extiterunt: quia p
eum reſurgemus non ſolum nos: ſed ⁊ qui
fuerunt ante mortui. Fecit ⁊ miſericordiam
cum patribus noſtris: ſm̃ q̧ eorum ſpem ⁊
deſiderium impleuit. vnde ſequitur: Et me
morari teſtamenti ſui ſancti. illius. ſ. de quo
dicitur: Benedicens benedicam tibi: ⁊ mul
tiplicabo te. Multiplicatus eſt enim abraam
in omnibus gentibus per imitationem fidei
eius adoptatis in filios: ſed etiam patres vi
dẽtes ſuos filios: talia beneficia recepiſſe cõ

gaudent ⁊ recipiunt miſericordiā in ſe ipſis.
vnde ſequitur: Juſiurandū qđ iu. ad abra.
pa. no. datu. ſe nobis. BASI. Nemo autē
audiens ꝙ iuraſſet dominus abrae: ad iurā/
dum ſic ꝓmptus. ſicut enim furor de deo di/
ctus nō ſignificat paſſionem ſed punitionē:
ſic necꝫ deus iurat vt homo: ſed verbum eiꝰ
loco iuramenti nobis ad veritatē exprimitur
immutabili ſententia quod promiſſum ē ap/
probans.

Ut ſine timore de manu inimico
rum noſtrorum liberati ſeruiamꝰ illi.

CHRY. Quia erectum nobis cornu ſalu/
tis ex domo dauid dixerat: oſtēdit ꝙ ꝑ ipſm ⁊
gloriam participamꝰ ⁊ diſpēdia inimici vita
uimus. vñ dicit: Ut ſine ti. đ ma. ini. no. li.
ſer. illi. Duo predicta nō facile reperiet ali/
quis ſeſe comitantia. plures. n. euitāt pericu
la: ſed vita glorioſa priuantur: ſicut ſceleris
patratores qui de carcere ex indulgentia re/
gia abſoluuntur. econtra gaudent angeli glo
ria: ſed ob hanc periclitari cogunť: ſicut mili
tes bellicoſi vitā inclitā amplexantes ſecuri
tate multotiens caruerunt. Sꝫ h̄ cornu ⁊ ſal
uat ⁊ glorificat. ſaluat quidem eripiens a ma
nibus hoſtiū: nō leuiter ſed verifice: vt nō ſit
vltra timendum. Et h̄ eſt quod dicit: Ut ſi/
ne timore. ORI. Uel ait crebro de hoſtiū
manu aliqui liberantur: ſed non abſqꝫ timo
re. Cum enim metus ⁊ diſcrimen ante pre/
ceſſerint: ⁊ ſic de inimicorū manu quis erua/
tur: liberatus eſt quidem: ſed non ſine timo
re: ideo dixit ꝙ chriſti aduentus timore nos
a manibus hoſtium eripi fecit. Non eniꝫ eo
rum inſidias ſenſimꝰ: ſed repēte ab eis nos
ſegregās eduxit ad fortis proprie māſionē.

In ſanctitate ⁊ iuſticia coram ipſo
omnibus diebus noſtris.

CHRY. Glorificat zacharias dñm: quia
fecit nos ſibi ſeruire cū plena fiducia nō car/
naliter vt iudei i ſanguine victimarum: ſed ſpi
ritaliter i bonis opibus. Et h̄ ē qđ dicit: In
ſancti. ⁊ iuſti. Eſt. n. ſanctitas apta circa deū
equitas. Juſticia vo que ē circa hoīes: puta
ꝙ aliquis reuerenter exequatur diuina: ⁊ q̄
ad homines laudabiliter conuerſetur. Dicit
aūt: non corā hoībus: vt hypocrite volētes
hoībus placere ſed coram deo: ſicut hi quorum
cōmēdatio nō eſt ab hominibus ſed a deo: ⁊
hoc non ſemel aut ad tempꝰ ſed ſingulis die
bus ⁊ quādiu vixerint. vnde dicit: Omni/
bus diebus noſtris. BEDA: Nā qui vel
ante mortem ab eius ſeruitio diſcedit: vel i/
mūdicia qualibet ſiue iiuſticia fidei ſue ſynce
ritatē cōmaculat: vel coram hoībus tantum
⁊ nō corā deo: ſcūs ⁊ iuſtus eſſe cōtendit: nō
dū ꝑfecte de manu ſpiritaliū inimicorū libe/
ratus dño ſeruit: ſed exēplo veterū ſamarita
norum dijs gentium pariter ⁊ demonio ſer
uire conatur.

Et tu puer propheta altiſſimi vo/
caberis: preibis enim ante faciem do/
mini parare vias eius.

AMB. Pulchre cū de dño ꝓphetaret: ad
ꝓphā ſua verba cōuertit: vt h̄ q̄ꝫ beneficiū
eſſe domini deſignaret: ne cū publica nume
raret: ſua quaſi ingratus tacuiſſe videreť. vñ
dicitur: Et tu pu. ꝓ. al. vo. ORI. Jđ reor
zachariā feſtinaſſe vt loqueretur ad puerum:
qr ſciebat eum poſt paulū i eremo moraturū:
nec ſe eius poſſe hr̄e p̄ntiā. AMB. Sꝫ for
taſſe ꝙ octo dierꝫ īfātē alloqť: verū ſi tenemꝰ
ſupiora: itelligimꝰ ꝑfecto ꝙ potuit vocē pa/
tris natꝰ audire: q marie ſalutationē āñqꝫ na
ſcereť audiuit: ſciebat ꝓpheta alias eē aures
ꝓphete: q̄ ſpū dei nō corporis etate reſeruā
tur: hēbat itelligendi ſenſum: qui exultandi
habebat affectum. BEDA: Niſi forte pu/
tandus eſt zacharias propter eos qui aderāt
potius iſtruendo futura ſui filij que dudum
per angelum didicerat: mox: vt loqui potuit
predicare voluiſſe. Audiant arriani ꝙ chri/
ſtum quem ioannes prophetando preibat al
tiſſimum vocat: ſicut in pſalmo dr̄: Homo na/
tus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiſſimus.
CHRY. Sicut autem regibus commili/
tones ſunt qui eis viciniores exiſtunt: ſic io/
annes cum eſſet amicus ſponſi de prope eiꝰ
aduentum preceſſit. ⁊ hoc eſt quod ſubditur:
Preibis enim ante facieꝫ domini parare vi
as eius. Alij enim prophete eminus chriſti
myſterium predicauerant: hic vero propius
predicauit vt ⁊ chriſtum videret ⁊ eum cete/
ris indicaret. GRE. xix. mor. Quiſquis
autem predicando a ſordibus vitiorum cor/
da audientium mundat: venientis ſapientie
ad cor viam preparat.

Ad dandam ſcientiam ſalutis ple/

bi eius: in remiſſionem peccatorum
eorum.
THEO. Qualiter ꝑcurſor viā dn̄i prepa
rauit exponit ſubdens: Ad dan. ſciam ſalu.
ple. eius. Salus dn̄s ieſus eſt data eſt autē
plebi ſcia ſalutis. i. chriſti a ioanne: qui teſti-
monium perhibebat de chriſto. BEDA:
Qui. n. ieſu. i. ſaluatoris nomen exponere
deſiderans ſalutis mentionem frequentat:
ſed ne temporalem ſalutem promitti putarēt
ſubdit: In remiſſionem peccatorum eorum.
THEO. Non eni aliter cognitus eēt de-
us: niſi plebi peccata dimiſiſſet. Dei enim ē
peccata dimittere. BEDA: Uerum iudei
non chriſtum ſuſcipere: ſed antichriſtum ma
lunt expectare: quia non intus a peccati do-
minio: ſed foris ab humane ſeruitutis iugo
cupiunt liberari.

¶ Per viſcera miſericordie dei no-
ſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex
alto.

THEO. Quia deus peccata nobis dimi-
ſit: non propter opera noſtra ſed propter mi
ſericordiā ſuā: iō cōuenienter addidit: Per
viſce. miſe. dei nr̄i. CHRY. Quā qdem
miſericordiā n̄ ipſimet iquirētes inuenim⁹:
ſed deſuꝑ nobis deus aperuit. vn̄ ſequitur:
In quibus. ſ. miſericordie opibus: Uiſita-
uit nos. aſſumpta carne: Oriens ex alto.
GRECVS: In altis ꝑmanēs tn̄ i terre
nis ꝑ nos: nō diuiſionē patiēs: neqꝫ circūſcri-
ptionē: qđ itellectus noſter comprehendere
non poteſt: nec vlla ſerie verborum expri-
mere.

¶ Illuminare his qui in tenebris ⁊
in vmbra mortis ſedent: ad dirigēdos
pedes noſtros in viam pacis.

BEDA: Recte chriſtus oriēs vocat̄: qꝛ no
bis ortū vere lucis aperuit. vn̄ ſequit̄: Illu-
minare his q i tene. ⁊ in vm. mor. ſedent.
CHRY. Tenebras hic appellat nō mate
riales: ſꝫ errorē ⁊ a fide diſtātiam. BASI.
Tenebroſa. n. erat plebs gētilis q̄ idolorum
cultu grauabat̄: donec lux orta diſperſit cali-
ginē ⁊ ſplēdorē veritatis expādit. GRE.
iiij. mo. Umbra vero mortis obliuio men
tis accipit̄. Sicut. n. mors h̄ qđ iterficit agit:
vt nō ſit i vita ita obliuio h̄ qđ itercipit agit
vt nō ſit i memoria. vn̄ iudeoꝝ populus qui
dei oblitus fuerat: dr̄ i vmbra mortis ſede-
re. Umbra etiā mortis mors carnis accipi
tur: quia ſicut vera mors ē qua aīa ſepatur a
deo: ita vmbra mortis ē q̄ caro ſeparatur ab
aīa. vn̄ voce martyrū dr̄: Operuit nos vm-
bra mortis. Per vmbrā ēt mortis imitatio
diaboli q mors i apocalypſi dicit̄ deſignat̄:
qꝛ ſicut vmbra iuxta qualitatē corporis duci-
tur: ita actōes iniquoꝝ ꝺ̄ ſpecie imitatōis ei⁹
exꝓmuntur. CHRY. Recte āt dicit: Se
dēt nō. n. ambulabam⁹ i tenebris: ſed ſede-
bam⁹. THEO. Nō ſolū āt oriēs dn̄s his
q i tenebris ſedēt illuminat: ſꝫ aliqd āpli⁹ fa-
cit. vnde ſequit̄: Ad dirigēdos pedes nr̄os
i viā pacis. Uia pacis ē via iuſticie ad quā
direxit pedes. i. affect⁹ aīarū nr̄arū. GRE.
in homi. Tūc eni greſſus nr̄os i viam pacis
dirigimus: qn̄ ꝑ illud actionū iter ꝑgim⁹: i q̄
ab auctoris nr̄i grā nō diſcordemus. AM.
Simul ⁊ illud aduerte q̄ꝫ paucis heliſabeth:
q̄ꝫ multis zacharias ꝓphetizet: ⁊ vterqꝫ ſan-
cto ipletus ſpiritu loquebat̄: ſed diſciplīa ſer
uat̄: vt mulier diſcere magis que diuina ſūt
ſtudeat q̄ꝫ docere.

¶ In die apoſtolorum petri ⁊ pau-
li. Mathei. xvi. capi.

VEnit ieſus in partes ce-
ſaree philippi ⁊ interro-
gabat diſcipulos ſuos di-
cens: Quem dicunt ho-
mines eſſe filium homi-
nis? At illi dixerunt: Alij ioannem
baptiſtā alij autē heliā: alij vero hie
remiā aut vnū ex prophetis. Dicit il
lis ieſus: Uos autem quem me eē dici
tis? Reſpondens ſimō petrus dixit:
Tu es chriſtus filius dei viui. Reſpō
dens autem ieſus dixit ei: Beatus es
ſimon bariona: quia caro ⁊ ſāguis nō
reuelauit tibi ſed pater meus qui i ce-
lis eſt. Et ego dico tibi quia tu es pe-
trus ⁊ ſuper hanc petram edificabo ec

cleſiam meam: ⁊ porte inferi non pre
ualebunt aduerſum eã. Et tibi dabo
claues regni celorum. Et quodcunqꝫ
ligaueris ſuper terram: erit ligatum ⁊
in celis. Et quodcunqꝫ ſolueris ſuper
terram: erit ſolutum ⁊ in celis.

GLO. Poſtq̃ꝫ diſcipulos a phariſeorum
doctrina remouerat dñs: cõuenĩẽter euãgeli
ce doctrine altitudinẽ i eis fũdat. ⁊ vt maior
ſolẽnitas deſigneť: locus deſcribiť cũ diciť:
Venit ieſus i ptes ceſaree philippi. CH/
RY. Jõ ãt nõ ſimplr ceſareã noiat: ſꝫ ceſa/
reã philippi: q̃a ẽ ⁊ alia ceſarea q̃ ẽ ſtratõis:
nõ aũt i illa: ſed in hac diſcipulos interroga/
uit: lõge eos a iudeis abducẽs: vt ab omni ti
more eruti: libere dicãt que habebãt in men/
te. Philippus autem iſte frater fuit herodis
thetrarche ituree ⁊ traconitidis regionis:
qui in honorem tyberij ceſaris ceſareã phi/
lippi: que nunc paneas dicitur appellauit.
GLO. Cõfirmaturus aũt in fide diſcipu/
los: pꝰus opiniones ⁊ errores aliorũ a menti
bus eoꝝ voluit remouere. vnde ſequiť: Et i
ter. diſci. ſuos di. Quẽ dicũt hoies eſſe filiũ
hominis? ORI. Interrogat chriſtus diſci
pulos: vt ex apoſtolorũ rñſionibus nos di/
ſcamus diuerſas opiniones fuiſſe tũc apd̄ iu
deos de chriſto: ⁊ vt nos ſemper ſcrutemur
de xp̄o: qualis opinio ſit apud hoies de no/
bis: vt ſiquid male dicitur de nobis: occaſio
nes illiꝰ pcidamꝰ. ſiquid aũt boni: eiꝰ occa/
ſiones augeamus. Sed ⁊ diſcipuli ep̃orum
⁊ apoſtolorum inſtruuntur exẽplo: vt qualeſ
cũqꝫ opiniones audierint foris de ep̃is ſuis
referãt eis. HIERO. Pulchre aũt iter/
rogat. Quẽ dicũt hoies eẽ filiũ hois? Quia
qui de filio hois loquũtur: homines ſunt: q
vero diuinitatem eius ĩtelligunt: non hoies
ſed dij appellanť. CHRY. Nõ autẽ di/
cit: Quẽ me dicũt ſcribe ⁊ phariſei eſſe: ſed
quẽ me dicũt hoies eẽ: plebis mẽtem que ad
malũ iflexa nõ erat iueſtigãs. Etſi. n. multo
humilior q̃ꝫ oportebat eoꝝ erat d̾ chriſto opi
nio: ſꝫ tñ a neq̃tia libera erat: phariſeoꝝ autẽ
opinio de xp̄o erat plena multa malicia. HI
LA. Dicẽdo ergo. Quẽ dicũt hoies eẽ fi/
liũ hois? ſignificauit p̄ter id quod in ſe vi/
debatur eſſe aliud ſentiendum: erat enim ho
minis filius. Quod igitur de ſe opinandi iu
dicium deſiderabat non illud arbitramur qđ
ipſe confeſſus eſt: ſed occultum erat de quo
querebatur: in quod ſe credentium fides de/
beat extendere. Eſt autem hec confeſſionis
tenenda ratio: vt ſicut dei filium: ita ⁊ filium
hominis meminerimus: quia alterum ſine
altero nihil ſpei tribuit ad ſalutem. ⁊ ideo ſi/
gnanter dixit: Quem dicunt homines eſſe fi
lium hominis? HIERO. Non enim di/
xit: Quem me eſſe dicunt homines: ſꝫ Quẽ
dicunt eſſe filium hominis? ne iactanter de
ſe querere videretur. Et nota q̄ vbicunqꝫ in
veteri teſtamento ſcriptum eſt filius homi/
nis: in hebreo poſitum eſt Filius adam.
ORIGE. Diuerſas autem iudeorum
opiniones de chriſto diſcipuli referunt. vn/
de dicitur: At illi dixerunt: Alij autem ioan
nem baptiſtam. eſtimationem ſcilicet ſecuti
herodis. Alij autem heliam. videlicet eſti/
mantes q̄ aut ſecundam natiuitatẽ ſuſcepe/
rit helias: aut ex eo tempore i corpore viuẽs
in tempore apparuit illo. Alij vero hieremi
am. quem dominus in gentibus prophetam
conſtituit: non intelligentes quoniam hiere/
mias typus fuerat chriſti. Aut vnum ex p/
phetis. ratione ſimili propter illa que deus
ad ipſos locutus eſt per prophetas: non ta/
men in ipſis: ſed in ipſo ſunt ipleta. HIE/
RO. Sed tamen turbe ſic errare potuerãt
in helia ⁊ hieremia: quomodo herodes erra
uit in ioanne. vnde miror quoſdam interp̄e
tes cauſas errorum inquirere ſingulorum.
CHRYSOSTOMVS. Quia ve/
ro diſcipuli opinionem turbe recitauerant:
euocat eos per ſecundam interrogationem
ad opinandũ aliquid maius de ipſo. ⁊ ideo
ſequitur: Dicit illis ieſus: Vos autem quẽ
me eſſe dicitis? Vos autem inquam q ſimul
mecum eſtis ſemper: quia maiora ſigna vidi
ſtis q̃ꝫ turbe: non oportet vos in opinione
conuenire cum turbis: ⁊ propter hoc non a
principio predicationis eos de hoc interro/
gauit: ſed poſtq̃ꝫ multa ſigna fecit: ⁊ multa
locutus eſt eis de ſua deitate. HIERO.
Attende autem q̄ ex hoc textu ſermonis apo
ſtoli nequaq̃ꝫ hoies: ſed dij appellanť. Cuꝫ
eni dixiſſet: Quẽ dicũt hoies eẽ filiũ hois?
ſubiecit: Vos autẽ quẽ me eẽ dicitis? Ac ſi

dicat illis: quia homines ſunt humana opi/
nantibus: vos qui dij eſtis: quez me eſſe exi
ſtimatis? RABA. Non autem quaſi ne/
ſciens de ſe ſententiam diſcipulorum vel ex
traneorum inquirit: ſed ideo diſcipulos qd
de ſe ſentiant interrogat: vt confeſſionem re
cte fidei digna mercede remuneret. Ideo qd
alij de ſe ſentiant inquirit: vt expoſitis ꝑmo
ſententijs errantium diſcipuli probarentur
veritatem ſue confeſſionis non de opinione
vulgata ſed de ipſo percepiſſe dominice re/
uelationis archano. CHRY. Quādo ve
ro dominus de plebis opinione interrogat:
omnes reſpondent: ſed omnibus diſcipulis
interrogatis petrus tanqȝ os apoſtolorum ⁊
caput: pro omnibus reſpondet. vnde ſequi/
tur: Reſpondens ſimon petrus dixit: tu es
chriſtus filius dei viui. ORIGE. Dene
gauit quidem petrus aliquid eorum eſſe ie/
ſuȝ que arbitrabantur iudei. confeſſus eſt au
tem Tu es chriſtus. quod neſciebant iudei:
ſed ⁊ quod maius eſt filius dei viui: qui ⁊ ꝑ
ꝓphetas dixerat: Viuo ego dicit dominus
⁊ ideo dicebatur viuus: ſed ſecundum ſuper
eminentiam: quia ſupereminet omnibus ha
bentibus vitam: quoniam ſolus habet immor
talitatem: ⁊ eſt fons vite: quod proprie dici/
tur deus pater: vita autem eſt quaſi de fonte
procedens: qui dixit: Ego ſum vita. HIE/
RO. Deum etiam viuum appellat ad cō/
parationem eorum deoruȝ qui putantur dij:
ſed mortui ſunt: Saturnum dico iouem: ve
nerem: ⁊ herculem: ⁊ cetera idolorum portē
ta. HILA. Eſt autez hec vera ⁊ inuiolabi
lis fides ex deo deuȝ filium profectum eſſe:
cui ſit ex eternitate patris ⁊ eternitas. Hunc
igitur aſſumpſiſſe corpus ⁊ hominem factuȝ
eſſe: perfecta confeſſio eſt. Complexus ē ita
qȝ omnia qui ⁊ naturam ⁊ nomen expreſſit:
in quo ſumma virtutum eſt. RABA.
Mira autem diſtinctione factuȝ eſt vt domi
nus ipſe humilitatez aſſumpte humanitatis
profiteatur: diſcipulis excellentiam diuine
eternitatis oſtēdat. HILA. Dignū aūt cō
feſſio petri premium conſecuta eſt: quia dei
filium i homine vidiſſet. vnde ſequitur: Re
ſpondens autem ieſus di. ei: Beatus es ſi/
mon bar. qꝛ caro ⁊ ſan. non reue. tibi: ſed pa
ter meus qui eſt in celis. HIERO. Red
dit. n. chriſtus apoſtolo vicem ꝓ teſtimonio

quod de ſe petrus dixerat: Tu es chriſtus fi
lius dei viui. dum autez dixit ei: Beatus es
ſimon bariona: quare? quia non reuelauit ti/
bi caro ⁊ ſanguis ſȝ reuelauit pater quod ca
ro ⁊ ſanguis reuelare non potuit ſpirituſſan
cti gratia reuelatum ē. Ergo ex ɔfeſſiōe ſorti
tur vocabulū ꝙ reuelationē ex ſpūſcō habe/
at: cuius ⁊ filius appellandus ſit. ſiquidem ba
riona in lingua noſtra ſonat filius columbe.
HIE. Alij ſimpliciter accipiunt: ꝙ ſimō. ſ.
petrus filius ſit ioannis: iuxta alterius loci i
terrogationē: Simon ioannis: diligis me?
⁊ volunt ſcriptoꝝ vitio deprauatū: vt ꝓ bar.
ioāna. i. filius ioānis bariona ſcriptū ſit vna
detracta ſybilla. Joanna vero interpretat' dei
gratia. vtrunqȝ aūt nomen myſtice intelligi
pōt: ꝙ ⁊ colūba ſpm̄ſcm̄ ⁊ gratia dei donum
ſignificet ſpiritale. CHRY. Vanū eſt. n.
dicere: Tu es filius ione vel ioanna: niſi vt
oſtendat qm̄ ita naturaliter eſt chriſtus filius
dei: ſicut petrus fili⁹ ione eiuſdē ſubſtātie cū
eo q genuit. HIE. Illud aūt ꝙ ait: Qꝛ caro
⁊ ſanguis nō reuelauit tibi. apl'ice narratōni
cōpara: in qua ait: Cōtinuo nō acqeui carni
⁊ ſanguini. carnē ibi ⁊ ſanguinē iudeos ſi/
gnificās: vt hic quoqȝ ſub alio ſenſu demon
ſtret' ꝙ ei non ꝑ doctrinā phariſeoꝝ ſȝ ꝑ dei
grām xp̄s dei filius reuelatus ſit. HILA.
Vel alr: Beatus h: qꝛ vltra humanos ocu/
los ⁊ intendiſſe ⁊ vidiſſe laudatus ē: non id
qd ex carne ⁊ ſanguine ɔtuens: ſȝ dei filium
celeſtis patris reuelatiōe ɔſpiciēs dignuſqȝ
iudicat⁹ ē vt ꝑm⁹ agnoſceret ꝙ diuinitas eēt
in xp̄o. ORI. Eſt aūt i hoc loco querēdū:
vtrū cū ꝑus mitterent' iam cognoſcebāt diſci
puli qm̄ ipſe erat xp̄s. Hic. n. ſmo demon/
ſtrat: qm̄ tūc ꝑmū ɔfeſſus fuerit cū petr⁹ xp̄ȝ
filiuȝ dei viui. ⁊ vide ſi potes: qm̄ credere ie
ſum eē xp̄m min⁹ ē qȝ cognoſcere vt dicam⁹
ꝙ qn̄ mittebant' ad predicādū credebāt qdeȝ
ieſuȝ eſſe xp̄m. poſtea aūt ꝓficiētes ēt cogno
uerunt. Aut ita eſt rn̄dendū: vt dicamus qm̄
tūc qdē apl'i initia cognitōnis hēbant chriſti:
⁊ exigua cognoſcebant de illo: poſtea autem
profecerūt in agnitione ipſius: vt poſſent ca
pere ſcientiaȝ chriſti reuelatam a patre: ſicut
⁊ petrus qui beatificatur: non ſolum in eo
quod dicit: Tu es chriſtus. ſed in eo magis
quod addidit fili⁹ dei viui. CHRY. Ni/
mirum autem ſi non confeſſus eſſet petrus

xp̄m ꝓprie ex pr̄e natū nō ee̅t h̄ reuelatione
opus neqꝫ estimare christum vnū ex multis
filijs adoptiuis beatitudine dignum ee̅t: nā
⁊ ante hoc illi qui erāt in naui dixerunt: Ve
re filiꝰ dei ē h̄. Sed ⁊ nathanael dixit: Rab/
bi tu es filius dei. nō tn̄ beati dicti sunt: quia
nō talē cōfessi sunt filiationē qualē petrꝰ: sꝫ
vnū ex multis cū estimabāt: nō vere filium.
vel ⁊ si p̄cipuū quidē pre multis: nō āt ex sub
stātia patris. Vides aūt q̄liter ⁊ filiū reuelat
pater: ⁊ patrem filius. Nō. n. ab alio ē dice/
re filium q̄z a patre: nec ab alio patrē q̄z a fi/
lio. quare ⁊ hinc manifestū est ꝙ filius est cō
substātialis ⁊ coadorādus patri. Ostēdit aūt
xp̄s ex hinc iam multos credituros: qḋ fue/
rat petrus cōfessus. vn̄ subdit: Et ego dico
tibi quia tu es petrus. HIE. Ac si. d. q: tu
mihi dixisti: Tu es xp̄s filiꝰ dei viui: ⁊ ego
dico tibi: non sermone casso ⁊ nullū opꝰ hn̄/
te: sed dico tibi: quia meū dixisse fecisse est:
Quia tu es petrus. sicut. n. ipse lumē ap̄lis
donauit: vt lumē mūdi appellentur: ⁊ cetera
q̄ a dn̄o sortiti vocabula sunt: ita ⁊ simoni q
credebat i petrā xp̄m: petri largitus ē nomē.
AVG. ḋ cō. euā. Nullꝰ tn̄ arbitret ꝙ h̄ pe
trꝰ nomē accepit. nō. n. accepit hoc nomē nisi
vbi ioānes cōmemorat ei dcm̄ esse: Tu voca
beris cephas: qḋ iterp̄tat petrꝰ. HIE. Scḋꝫ
āt metaphorā petre recte dr̄ ei: Edificabo ec
clesiam meā super te. ⁊ hoc est quod sequit.
Et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meam.
CHRY. i. in hac fide ⁊ cōfessione edifica
bo ecclesiam meā. Hic ostendit multos iam
crediturus qḋ petrus cōfessus fuerat ⁊ eri/
git eius sensum ⁊ pastorem ipsum facit.
AVG. in li. retracta. Dixi in quodā loco
de apostolo petro: ꝙ in illo tanq̄ꝫ i petra edi/
ficata est ecclesia: sed scio me postea sepissime
sic exposuisse quod a dn̄o dictum est: Tu es
pe. ⁊ super hanc pe. edi. ec. meā. vt sup hūc
itelligeretur: quē cōfessus ē petrus dicens:
Tu es xp̄s filius dei viui: ac si petrus ab hac
petra appellatus p̄sonā eccl̄ie figuraret: que
super hāc petrā edificatur. nō. n. dictū est il/
li: Tu es petra: sed tu es petrus: petra autē
erat xp̄s: quē cōfessus simon sicut ei tota ec/
clesia cōfitet: dictus est petrus. Harū autem
duarum sn̄iaruꝫ q̄ sit ꝓbabilior eligat lector.
HILA. Est autem i nūcupatione noui no
minis felix ecclesie fūdamētū: dignaqꝫ edifi/
catione illius petra que infernas leges ⁊ tar
tari portas ⁊ oīa mortis claustra dissolueret.
vn̄ ad ostendendam firmitatē ecclesie supra
petram fundate subditur: Et porte inferi n̄
p̄ualebunt aduer. eam. GLO. i. non sepabūt
eā a charitate mea ⁊ fide. HIE. Ego por/
tas inferi vitia reor atqꝫ peccata. vel certe he
reticorū doctrinas per quas illecti hoīes du/
cuntur ad tartarum. ORI. Sed ⁊ singule
spiritales nequitie in celestibus porte sunt in
ferorum: quibus cōtrariātur porte iusticie.
RABA. Porte quoqꝫ iferi ⁊ tormēta ⁊
blādimēta sūt persecutorū: sed ⁊ praua infi/
delium opera ieptaqꝫ colloqa porte sunt ife/
ri: q: iter p̄ditōnis ostēdūt. CHRY. Nō
aūt exp̄mit vtrū petre nō p̄ualebūt: i qua edi/
ficat xp̄s eccl̄iam: aut ecclesie quā edificat su/
per petr m: tn̄ manifestū ē: q: nec aduersus
petrā nec aduersus ecclesiā porte p̄ualent ife
rorum. CYRIL. i li. thesau. Secūdū aūt
reſplenduit ſicut ſol: ⁊ ſancti ſicut ſol fulgebunt: nunquid erit equalis claritas domini ⁊ ſeruorum? nequaꝗ̄. Sed quia nihil lucidius inuenitur ſole: iccirco ad manifeſtandum exemplū future reſurrectionis: ⁊ facies domini reſplendere: ⁊ iuſti fulgere dicuntur ſicut ſol. ORIGE. Myſtice autem cū aliquis tranſcenderit ſex dies ſm ꝙ diximus: videt tranſfiguratum ieſum ante oculos cordis ſui. Diuerſas enim habet verbum dei formas apparens vnicuiqꝫ ſm ꝙ videnti expedire cognouerit: ⁊ nemini ſupra quod capit ſemetipſum oſtendit. vnde non dixit ſimpliciter Transfiguratus eſt: ſed Coraꝫ eis. In euangelijs enim ieſus ſimpliciter intelligitur ab eis qui non aſcendunt per exercitationem verborum ſpiritalium ſuper excelſū ſapientie montem. Eis autem qui aſcendūt: iam non ſm carnem cognoſcitur ſed deꝰ verbum intelligitur. Coram his ergo transfiguratur ieſus: ⁊ non coram illis qui ſunt deorſum in conuerſatione terrena viuentes. Hi autem coraꝫ quibus tranſfiguratur: facti ſūt filij dei: ⁊ oſtenditur eis ſol eſſe iuſticie: ⁊ veſtimenta ipſius fiunt candida ſicut lumen: q̄ ſunt ſermones ⁊ littere euangeliorum quibꝰ ieſus eſt indutus ſm illa que ab apoſtolis dicuntur de eo. GLO. Vel veſtimenta xp̄i ſanctos ſignificant: de quibus eſaias: O ibꝰ his velut veſtimento veſtieris: ⁊ viui operātur: quia candidi erunt virtutibus: ⁊ omnis vitiorum eſtus ab eis remotus erit. Sequitur: Et appa. illis moy. ⁊ heli. cum eo loquētes. CHRY. Hoc autem multas habet rationes. Et prima quidem eſt hec: Qr eniꝫ turbe dicebant eum eſſe heliam vel hieremiam aut vnum ex prophetis: capita prophaꝝ ſecum ducit: vt ſaltem hinc videatur differētia ſeruorum ⁊ domini. Alia ratio eſt: Quia enim continue ieſum accuſabant iudei tanꝗ̄ tranſgreſſorem legis ⁊ blaſphemum: patris ſibi gloriam vſurpantem: vt oſtendatur ab vtraqꝫ accuſatione innoxius: eos qui i vtroqꝫ fulſerunt in medium ducit. Etenim moyſes legem dedit ⁊ helias pro gloria dei emulator fuit. Alia ratio eſt vt diſcant: quoniam mortis ⁊ vite poteſtatem habet: propter hoc ⁊ moyſen qui morte defecerat: ⁊ heliam qui nondum mortem paſſus fuerat in medium ducit. Aliam cauſam ⁊ ipſe euangeliſta reuelat. ſ. monſtrare crucis gloriaꝫ ⁊ mitigare petrum ⁊ alios diſcipulos paſſionem timētes. Loquebantur enim vt alius euangeliſta dixit de exceſſu quem completurus erat in hieruſalem. vnde eos in mediuꝫ ducit q̄ ſe morti expoſuerunt pro his que deo placebant: ⁊ pro plebe credentium. Etenim tyrānis vterqꝫ ſe libere preſentauit: Moyſes quidē pharaoni: helias autem achab. Ducit autem ⁊ ꝑpter hoc eos in medium. volebat enim ꝙ diſcipuli illorum priuilegia zelarent: vt ſcilicet fierent manſueti ſicut moyſes: ⁊ zelātes ſicut helias. HILA. Quod etiam moyſes ⁊ helias ex omni ſanctorum numero aſſiſtunt medius inter legem ⁊ prophetas chriſtus in regno eſt. cum his enim iſraelem quibus teſtibus predicatus eſt iudicabit. ORI. Siqs etiam intelligit ſpiritalem legem conuenientem ſermonibus ieſu ⁊ in prophetis abſconditam chriſti ſapientiam: ille vidit moyſen ⁊ heliam in gloria vna cum ieſu. HIE. Conſiderandum eſt etiam ꝙ ſcribis ⁊ phariſeis de celo ſigna poſcentibus dare noluit: hic vero vt apoſtolorum augeat fidem dat ſignum de celo: helia inde deſcendente quo conſcenderat: ⁊ moyſe ab inferis reſurgente: quod ⁊ achaz per iſaiam precipitur: vt petat ſibi ſignum de inferno vel de excelſo. ORI. Quid autem feruidus petrus dixerit ſubditur: Reſpon. petrus di. ad ieſum: domine bonum eſt nos hic eſſe. Quia enim audiuit ꝙ oportet eum hieroſolymam ire: adhuc timet pro chriſto: ſed poſt increpationem non audet dicere rurſus: Propitius eſto tibi. ſed idem occulte per alia ſigna inſinuat. Quia enim videbat multam quietem ⁊ ſollicitudinem: cogitauit conuenientem ibi ſtationem eſſe ex loci diſpoſitione: quod ſignificat dicens: Bonum eſt nos hic eſſe. Vult etiam ibi ſemper eſſe: ideo tabernaculorum meminit dicens: Si vis faciamus hic tria tabernacula. Cogitauit enim ꝙ ſi hoc fieret non aſcēderet hieroſolymaꝫ: ⁊ ſi non aſcenderet xp̄s non moreretur: Ibi enim ſciebat ſcribas inſidiari ei. Cogitabat etiam ꝙ helias aderat: qui in monte ignem deſcendere fecit: ⁊ moyſes qui intrauit nebulam: ⁊ deo locutus eſt. vnde occultari poterant vt nullus perſecutorum ſciret vbi eſſent. REMI. Vel aliter: Viſa domini maieſtate ⁊ duoruꝫ ſeruoruꝫ:

petrus adeo delectatus eſt: vt cuncta tempo/
ralia obliuioni traderet: ⁊ ibi imperpetuum
vellet manere. Si autem tunc petrus ſic ac/
cēſus eſt: quanta erit ſuauitas ⁊ dulcedo vi/
dere regem in decore ſuo ⁊ intereſſe choris
angelorum ⁊ omnium ſanctorum. In eo ſa/
ne quod ait petrus: Domine ſi vis. deuotio
nem ſibi ſubditi obedientis ſerui oſtendit.
HIERO. Erras tamen petre: ⁊ ſicut ali
us euangeliſta teſtatur: neſcis qd dicas. No
li tria tabernacula querere: cum vnum ſit ta/
bernaculum euangelij in quo lex. ⁊ prophe/
te recapitulanda ſunt. Si autem queris tria
tabernacula nequaq̄ȝ ſeruos cum domino cō
feras: ſed fac tria tabernacula: immo vnū pa
tri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto: vt quorum eſt vna
diuinitas vnum ſit in pectore tuo tabernacu
lum. REMI. Errauit etiaȝ: qui voluit vt
regnum electorum conſtitueretur in terra qđ
dominus promiſerat dare in celis. Errauit
etiā: quia oblitus ē ſe ⁊ ſocios ſuos eē morta
les: ⁊ abſq̄ȝ guſtu mortis voluit ſubire eter/
nam felicitatem. RABA. Et in eo ꝙ cele
ſti conuerſationi tabernacula facienda puta
uit: in qua domus neceſſario nō erat: cū ſcri/
ptum ſit: Templum non vidi in ea.

¶ Adhuc eo loquente: ecce nubes lu
cida obumbrauit eos. Et ecce vox de
nube dicens: Hic eſt filius meus dile
ctus i quo mihi bene complacui: ipſuȝ
audite. Et audientes diſcipuli ceci de/
runt in facies ſuas ⁊ timuerunt valde:
⁊ acceſſit ieſus ⁊ tetigit eos: dixitq̄ȝ
eis: Surgite ⁊ nolite timere. Leuan/
tes autem oculos ſuos neminem vide
runt: niſi ſolum ieſum. Et deſcenden
tibus illis de monte precepit eis ieſus
dicens: Nemini dixeritis viſioneȝ: do
nec fili⁹ hominis a mortuis reſurgat.
HIERO. Quia carnale eſt frondib⁹ aut
tentorijs querebant tabernaculum: nubis lu
cide operiuntur vmbraculo. vnde dicitur:
Adhuc eo loquēte: ecce nubes lu. obū. eos.
CHRY. Cum dominus cōminatur nu/
bem tenebroſam oſtendit ſicut in ſina: h̄ autē
quia non terrere volebat: ſed docere nubes
apparuit lucida. ORI. Lucida autem nu/
bes obumbrans ſanctos eſt virtus paterna:
vel forte ſpūſſanctus. dicam ēt ſaluatoreȝ no
ſtrum eſſe lucidam nubem: q̄ obūbrat euan/
gelium ⁊ legem ⁊ prophetas: ſicut intelligūt
qui poſſunt aſpicere lumē ipſius i premiſſis.
HIE. Quod vo iprudēter īterrogauerat
petrus: propterea dñi reſponſionem nō me
retur: ſed pater reſpondet pro filio: vt verbū
domini compleret: Qui me miſit ipſe ꝺ me
teſtimoniū perhibet. CHRY. Neq̄ȝ autē
moyſes loquit neq̄ȝ helias: ſȝ pater omnib⁹
maior voceȝ emittit ex nube: vt diſcipuli cre
dāt: ꝙ a deo hec vox erat. Sēper eniȝ ⁊ ap/
parere ſolet deus in nube: ſicut ſcriptuȝ eſt:
Nubes ⁊ caligo in circuitu eius ⁊ hoc eſt qđ
dicitur: Et ecce vox de nube. HIE. Vox q
dem patris de celo loquētis audit que teſti/
monium perhibeat filio: ⁊ petrū errore ſub/
lato doceat veritatem: imo ꝑ petrū ceteros
apoſtolos. vnde ſubdit dicēs: Hic ē filius
meus dilectus. huic ē fiendū tabernaculuȝ:
huic obtēperandū. h̄ eſt filius: illi ſerui ſūt.
debent ⁊ ipſi vobiſcū i penetralibus cordis
ſui dño tabernaculū ꝑparare. CHRY.
Ne igit timeas petre. Si eni potēs ē deus:
manifeſtum q̄ ⁊ filius ſimilr potēs ē. ſi .n.
diligit ne timeas. nullus .n. queȝ diligit pro
dit: nec tu equaliter eū diligis gēitori. Neq̄ȝ
aūt ſolū diligit eū q̄ genuit: ſed ⁊ q̄ vni⁹ eſt
volūtatis cū ipſo. Sequit .n. In quo mihi
cōplacui. ac ſi diceret: In quo requieſco: quē
accepto q̄ oia que ſunt pris cū diligētia exe/
quit: ⁊ eſt volūtas vna ipſi⁹ ⁊ pris quare ⁊ ſi
crucifigi vult nō cōtradicas. HILA. Hūc
ergo eē filiū: hūc dilectū: hunc cōplacitum: ſȝ
⁊ hūc audiētū vox de nube ſignificat dicēs:
Ipſum audite. vt. ſ. idone⁹ ipſe preceptoruȝ
talium auctor eſſet: q ſeculi dānū crucis vo/
luntatē: obitū corporis: ⁊ poſt hec regni cele
ſtis gl'iaȝ facti cōfirmaſſȝ exēplo. REMI.
Dicit ḡ: Ipm audite. ac ſi alijs verbis dice/
ret: Recedāt vmbre legales ⁊ typi ꝓphetar/
rū: ⁊ ſolū coruſcū lumē euāgelij ſequamini.
Siue iō ait: Ipſum audite. vt illum eē oſten
deret quē moyſes ꝓdixerat dicēs. Tāq̄ȝ me
ꝓphetā ſuſcitabit vobis de⁹ de fratrib⁹ vris
tāq̄ȝ me audietis ipſū. Sic ergo dñs vndiq̄ȝ
hūit teſtes: ex celo vocē pris: ex paradiſo he
liaȝ: ex inferis moyſen: ex hoibus apl'os: vt
i noie ieſu oē genu flectatur: celeſtiuȝ: terre/

ſtrium: ⁊ infernorum. ORI. Vox autem
de nube aut ad moyſen ⁊ heliam loquitur: q
deſiderabant videre filium dei ⁊ audire cũ:
aut diſcipulos docet. GLO. Notandũ au-
tem q̃ bene conuenit myſterium ſecunde re-
generationis: que. ſ. erit in ſurrectiõe vbi ca
ro reſuſcitabitur cum myſterio prime que ẽ
in baptiſmate: vbi anima reſuſcitatur. In ba
ptiſmate enim chriſti operatio totius trinita-
tis oſtenſa eſt. Fuit enim ibi filius incarna-
tus: apparuit in columbe ſpecie ſpiritusſan-
ctus: ⁊ pater fuit ibi in voce declaratus. Et
ſimiliter in tranſfiguratione que eſt ſacramẽ
tum ſecunde regenerationis tota trinitas ap
paruit: pater in voce: filius in homine: ſpiri
tusſanctus in nube. Queritur autem quare
ſpiritusſanctus in columba: hic in nube decla
ratus eſt? Dona ſiquidem ſua per ſpecies de
clarare ſolet. Innocentiam autem in baptiſ-
mate donat: que per auem ſimplicitatis deſi
gnatur. Daturus eſt autem claritatem ⁊ re-
frigerium in reſurrectione: ⁊ ideo i nube re
frigerium: in fulgore nubis claritas reſurgẽ
tium corporum deſignatur. Sequitur: Et au
di. diſci. cec. in fa. ſuam: ⁊ timue. valde.
HIER. Triplicem autem ob cauſam pa-
uore terrentur: vel quia ſe erraſſe cognoue-
rant: vel quia nubes lucida operuerat eos:
aut quia dei patris vocem loquẽtis audierãt.
Humana enim fragilitas conſpectum ma-
ioris glorie ferre non ſuſtinet: ac toto animo
⁊ corpore cotremiſcens ad terram cadit. quã
to enim quis ãpliora q̃ſierit: tãto magis ad i
feriora collabitur ſi ignorauerit mẽſurã ſuã.
REMI. In eo vo q̃ ſancti apoſtoli i fa-
ciem ceciderunt: fuit indicium ſanctitatis: qꝛ
ſancti in faciem cadere dicuntur: impij vero
retrorſum. CHRY. Sed cum ante i xpi
baptiſmo quando talis etiam vox de celo de
lata eſt: nullus ex turba qui aderat tale ali-
quid paſſus eſt: quomodo diſcipuli in mon-
te ceciderunt? qꝛ. ſ. ⁊ ſolitudo ⁊ altitudo ⁊ ſi-
lentium erat multum: ⁊ tranſfiguratio ſtupo
re plena: ⁊ lumen purum ⁊ nubes extenſa:
ex quibus omnibus ſtupor in eis congrega-
batur. HIERO. Quia vero illi iacebãt:
⁊ ſurgere non poterant: ipſe clementer acce
dit: ⁊ tangit eos vt tactu fuget timorem ⁊ de
bilitata membra ſolidentur. ⁊ hoc eſt qđ dici
tur: Et ac. ieſus ⁊ teti. eos. quos autem ma-
nu ſanauerat: etiam ſanauit imperio. vnde
ſequitur: Dixitq; eis: ſurgite ⁊ nolite time-
re. Primum timor expellitur vt poſtea do-
ctrina tribuatur. Sequitur: Le. autem ocu.
ſuos: ne. vi. niſi ſo. ieſum. quod rationabili
ter factum eſt: ne ſi moyſes ⁊ helias perſeue
raſſent cum domino: pr̃is vox videret incer
ta: cui potiſſimum daret teſtimonium. Vi-
dent etiam ieſum ſtantẽ ablata nube ⁊ moy-
ſen ⁊ heliam euanuiſſe: quia poſtq̃ legis et
prophetarum vmbra diſceſſerat: vtrunq; in
euangelio reperitur. Sequitur: Et deſcendẽ
tibus illis de mõte precepit eis ieſus dicẽs:
Nemini dixe. viſi. hanc: do. fi. ho. a mor. re
ſur. Non vult ergo i ppl'is predicari: ne ⁊ i
credibile eſſet pro rei magnitudine: ⁊ poſt tã
tam gloriã apud rudes animos ſequẽs crux
ſcandalum faceret. REMI. Siue quia ſi
maieſtas illius diuulgaretur in populo: po-
puli impedirẽt diſpenſationẽ paſſionis ei⁹:
reſiſtendo principibus ſacerdotum: ⁊ ſic re-
demptio humani generis retardaretur. HI
LA. Silentium etiam rerum geſtarum q̃s
viderant imperat: vt cum eſſent ſpiritusſan-
cto repleti: tunc geſtorũ ſpiritaliũ teſtes eẽnt.

¶ In aſſumptione beate marie vir- ginis. Luce. x. capi.

Intrauit ieſus i quoddã
caſtellum: ⁊ mulier que-
dam martha nomine ex
cepit illum in domum ſu
am ⁊ huic erat ſoror no-
mine maria. Que etiam ſedẽs ſec⁹ pe
des domini audiebat verbũ illi⁹ mar
tha autem ſatagebat circa frequens mi
niſterium. Que ſtetit ⁊ ait: Domine
non eſt tibi cure q̃ ſoror mea reliquit
me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi
vt me adiuuet. Et reſpondens dixit
illi dominus: Martha martha ſolli-
cita es: ⁊ turbaris erga plurima. Por-
ro vnum eſt neceſſariũ: Maria opti-
mam partem elegit: que non aufere-

tur ab ea.

BEDA. Dilectio dei ⁊ ꝓximi q̄ ſuperius
ꝟbis ⁊ parabolis cōtinebat: hic ipis rebꝰ ⁊
varietate deſignat. Dicit eni: Intrauit ieſus
i q̄dā caſtellū. ORI. Cuiꝰ gdē nomē lu/
cas hic tacet ſ ioannes expmit vocās ipſum
bethaniā. AVG. de ꝟbis dn̄i: Sed dn̄s q
i ſua ꝓpa venit: ⁊ ſui eū nō receperūt: ſuſceptꝰ
ē tn̄ hoſpes. Seqt. n. Et mulier q̄dā mar
tha noie exce. il. i do. ſuā ſic ſolēt ſuſcipi pe/
grini: ſ tn̄ ſuſcepit famla dn̄m: egra ſalua/
torē creatura creatorē. Ne qs aūt dicat: O
beati q xp̄m ſuſcipe i domū ꝓpriā meruerūt:
noli dolere cū igr: Qd̄ eni vni ex minimis
meis feciſtis: mihi feciſtis. Accepta autē for
ma ſui: i illa paſci a ſeruis voluit dignatiōe:
nō cōditiōe. Hēbat carnē i qua gdē eſuri/
ret ⁊ ſitiret: ſ i heremo eſurienti āgeli mini/
ſtrabāt: ḡ q̄ paſci voluit: paſcēti ꝑſtitit: Mar
tha igit dn̄m paſcere diſponēs: ⁊ preparans
circa miniſteriū occupabat: Maria ꝟo ſo/
ror eiꝰ paſci magis elegit a dn̄o. Seqt enim:
Et huic ſoror noie maria: q̄ ēt ſedēs ſecꝰ pe/
des dn̄i audiebat verbū illiꝰ. CHRY.
Nō ſimplr dr̄ de maria q̄ ſederet ꝓpe ieſū:
ſ ſecus pedes illiꝰ: vt oñdat diligētiam aſſi/
duitatē: ⁊ ſolertiā erga auditionē: ⁊ multā re
uerētiā quā hēbat ad dn̄m. AVG. de ver
bis dn̄i: Quāto aūt humiliꝰ ad pedes ſede/
bat: tāto āplius capiebat. confluit eni aq̄ ad
humilitatē conuallis: denatat de tumoribus
coll. BA. Ois aūt opatio ⁊ ꝟbū ſaluatoris
regula ē pietatis ⁊ virtutis: ob h̄ enim iduit
corpus noſtrū: vt nos cōuerſatōē illiꝰ imite
mur ꝓ poſſe. CHRY. Exēplo igit ſuo
docet diſcipulos qualiter ſe gerere debeant i
domibus corū qui eos ſuſcipiūt: vt. ſ. appli/
cātes ad domū nō reſupini geſcāt ſed potius
repleāt ſuſcipientes ſacris ⁊ diuinis doctri/
nis. hi vero q domū parāt: creāt obuiā hila
riter ⁊ feruenter duabus de cāis: primo qui
dem edificabūtur i doctrinis eorū: quos ſu/
ſcipiunt: deinde ⁊ recipiēt charitatis merce/
dem. vn̄ ⁊ hic ſequitur: Martha āt ſatage/
bat circa frequens miniſterium. AVG.
de verbis domini. Bene martha circa cor/
poralem domini neceſſitatem vel voluntatē
miniſtrabat quaſi mortali: ſed qui erat in car
ne mortali: in principio erat verbum. Ecce
quod maria audiebat: Verbum caro factum
eſt. Ecce cui martha miniſtrabat: laborabat
iſta: vacabat illa. verūtamen martha labo/
rans: multū i illa occupatione ⁊ negocio mi
niſtrandi interpellauit dominum: ⁊ de ſoro
re cōqueſta eſt. Sequit eni. Et ait dn̄e: nō ē
ti. cu. q ſor. mea reli. me ſo. mi. Erat enim
maria intēta dulcedini: verbi domini a mar
tha cōuiuiū domino parabatur: in cuius cō
uiuio nō iucūdabatur. Cum ergo ſuauit au/
diret verbum dulciſſimum ⁊ corde intenſiſ/
ſimo paſceretur: iterpellato domino a ſorore
ſua: quomodo putamus eam timuiſſe ne di/
ceret ei dominus: Surge ⁊ adiuua ſororem
tuam: Mira enim ſuauitate tenebatur: que
ꝑfecto maior eſt mentis q̄ ventris: ſed cām
ſuam tn̄ ocioſa iudicij maluit committere.
nec in reſpondendo voluit laborare. ſi enim
pararet reſpondendi ſermonem remitteret
audiendi intentionem. Reſpondit ergo do
minus qui in verbo non laborabat quia ver
bum erat. Sequitur enim: Et reſpondens
dixit illis dominus: Martha mar. ſol. es ⁊
turbaris erga plurima. Repetitio nois indi
ciū ē dilectiōis: aut forte mouēde itētiōis: vt
audiat attētiꝰ. Bis vocata audit: Turbaris
erga pluria. i. circa multa es occupata: vult
eni hō occurrere qn̄ miniſtrat ⁊ aliqn̄ n̄ pōt:
q̄rit qd̄ deeſt: parat qd̄ adeſt: diſtēdit animꝰ.
nā ſi martha ſufficeret: adiutoriū ſororis nō
poſceret. multa ſūt: diuerſa ſunt: q carnalia
ſūt: q tpalia ſūt. Preponit āt vnū multis:
nō. n. a multis vnū: ſ multa ab vno. vn̄ ſe/
quitur: Porro vnū ē neceſſariū. Circa vnū
ſe voluit occupari ſ illud: Mihi adherere
deo bonū ē vnū ſūt pr ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſcūs: ad h̄
vnum non nos perducit niſi multi habea/
mus cor vnum. CI. Vel aliter cum ſuſce/
perint aliqui fratres deum non ſolicitentur
erga multum officium: nec poſcant que pre
manibus non ſunt: ⁊ opus exuperant: gra/
uat. n. paſſim i qualibet re qd̄ ſupfluit: gene
rat enim volētibus cōferre tediū: ⁊ videt q
fuit alijs cauſa laboris. BA. Abſurdum
etiam eſt cibos ad ſuſtentationē corporis ſu/
mere: ac per eos iterum officere corpori ⁊ i/
pedire ipſum erga mandatorum diuinorum
officium. Si ergo adueniat aliquis paupe/
rum: ſumat formam ⁊ exemplar modeſtie ci
borum: nec cā viuere volentiū i delitijs mē/

ſam ꝓpriā preparemus. vniformis enim ē
chriſtiani vita. ad vnam intendens intentio
nem. ſ. ad gloriaꝫ dei. Multiformis vero ⁊
varia vita eoꝝ que de foris ſunt: ꝓ libito va
riata eoꝝ: Tu vero cur dū copiā ciboꝝ ⁊ cā
dilectionis fratri preparas mēſam crimina-
ris eū voluptatis: ⁊ diffundis in eū guloſita
tis obprobria; arguēs delitias eius in eo qđ
preparas: Non cōmendauit dñs martham
occupatā circa frequens miniſteriū. AV-
GV. de ver. dñi: Quid ergo putamus re
prehenſum eſſe miniſteriū marthe: quā cura
hoſpitalitatis occupauerat: q̄ tanto hoſpite le
tabatur: hoc ſi veꝝ ē: dimittant̄ hoīes ꝙ mi-
niſtrant egentibus: vacent verbo: occupent̄
circa ſciam ſalutarē nihil ſit cura eis qs pere
grinus in vico ſit: qs egeat pane: vacēt ope-
ra miſericordie: vni inſtet̄ ſcie. THEO.
Non ergo dñs hoſpitalitatē ꝓhibet: ſꝫ plu-
rimoꝝ turbatōnē. ſ. abſtractionē ⁊ tumultū:
⁊ vide ꝯſiliū dñi: ꝙ prius dñs nihil dixerat
marthe: ſꝫ poſtq̄ȝ illa ſororē ab auditu ſtude-
bat euellere: tunc dñs occaſione habita incre
pauit eā vſq̄ȝ enim adeo honorat̄ hoſpitali-
tas: donec ad neceſſariora nos attrahit. Cuꝫ
vero incipit ab vtilioribus īpedire: manife-
ſtum ē ꝙ honorabilior eſt diuinoꝝ auditus.
AVG. de ver. do. Non ergo dñs opus
reprehēdit: ſꝫ munus diſtinxit. Seq̄t̄ enim:
Maria optimā partē elegit q̄ non auferetur
ab ea: Nō tu malā: ſꝫ illa meliorē: vñ melio
rē qꝛ ab ea non auferet̄: a te auferet̄ aliquādo
onus neceſſitatis. Non enim cū veneris ad
illā patriā inuenies peregrinū quē ſuſcipias
hoſpitio ſꝫ bono tuo auferet̄: vt qđ melius ē
det̄. auferet̄ a te labor vt requies det̄. Tu na
uigas: illa in portu ē. eterna enim ē dulcedo
veritatis. in hac tñ vita auget̄: in illa pficiet̄:
nunq̄ȝ auferet̄. AMB. Agat ergo te ſicut
mariā deſideriū ſapientie: hoc enim maius:
hoc pfectius opus: ne miniſterij cura cogni-
tionē verbi celeſtis auertat. Nec arguas eos
⁊ ocioſos iudices: quos videas ſapientie ſtu
dere. AVG. de que. euā. Myſtice autē ꝙ
martha excepit illū in domū ſuā: ſignificat ec
cleſiam q̄ nunc excepit dñm in cor ſuū Ma-
ria ſoror eiꝰ q̄ ſedebat ad pedes dñi ⁊ audie-
bat verbū eius: ſignificat eandē ecclīam: ſꝫ i
futuro ſeculo: vbi ceſſans ab opere miniſte-
rioq̄ȝ indulgentie: ſola ſapientia perfruitur.

Qđ aūt ꝯquerit̄: ꝙ ſoror eiꝰ eā nō adiuuet̄:
occaſio dat̄ ſñie dñi: qua oſtendit iſtā ecclīaꝫ
ſolicitaꝫ eſſe ⁊ turbari erga plurima: cum ſit
vnū neceſſariū: ad qđ ꝑ miniſterij huius me
rita ꝑuenit̄. Maria vero dicit optimā ꝑtem
elegiſſe: qꝛ ꝑ hāc ad illā tendit̄: ⁊ non auferet̄.
GRE. vi. mora. Vel ꝑ mariā q̄ vba dñi
reſidens audiebat: ꝯtēplatiua vita exprimit̄
ꝑ marthā exterioribus obſequijs occupatā:
actiua vita ſignificat̄: ſꝫ marthe cura non re-
prehēdit̄: marie vero laudat̄ qꝛ magna ſunt
actiue vite merita: ſed ꝯtemplatiue potiora.
vnde nec auferri vnq̄ȝ marie pars dicitur:
qꝛ actiue vite opera corpore tranſeunt: con-
templatiue autem gaudia melius ex fine con
ualeſcunt.

¶ In decolatione. ſ. ioannis baptiſte
Marci. vi. ca.

HErodes miſit ac tenuit
Ioānē ⁊ vinxit eū in car
cereꝫ propter herodiadē
vxorem philippi fratris
ſui: quia duxerat eā. Di
cebat. n. ioannes herodi: Non licet ti
bi habere vxorem fratris tui. Hero-
dias autem inſidiabatur illi ⁊ volebat
occidere eum nec poterat. Herodes
autem metuebat ioannem ſciens eum
virum iuſtum ⁊ ſanctuꝫ: ⁊ cuſtodiebat
eum: ⁊ audito eo multa faciebat: ⁊ libē
ter eum audiebat. Et cuꝫ dies oppor
tunus accidiſſet: herodes natalis ſui ce
nam fecit principibus ⁊ tribunis ⁊ pri
mis galilee. Cunq̄ȝ introiſſet filia ip-
ſius herodiadis ⁊ ſaltaſſet ⁊ placuiſſet
herodi: ſimulq̄ȝ recumbētibus rex ait
puelle: Pete a me quod vis ⁊ dabo
tibi. ⁊ iurauit illi: qꝛ quicquid petieris
dabo tibi lꝫ dimidiū regni mei. Que
cū exiſſet: dixit matri ſue Quid petā?
At illa dixit: Caput ioānis baptiſte.
Cūq̄ȝ introiſſet ſtatim cū feſtinatiōe

ad regem petiuit dicens: volo vt pro/
tinus des mihi in diſco caput ioannis
baptiſte. Et cōtriſtatus eſt rex. Pro/
pter iuſiurandum ⁊ propter ſimul di/
ſcumbentes noluit eam contriſtare: ſz
miſſo ſpiculatore precepit afferri ca/
put ioannis in diſco: ⁊ decollauit eum
in carcere. Et attulit caput eius in di/
ſco: ⁊ dedit illud puelle: ⁊ puella dedit
matri ſue. Quo audito diſcipuli eius
venerunt ⁊ tulerunt corpus eius: ⁊ po
ſuerunt illud in monumento.

THEO. Ex premiſſis marcus euangeli/
ſta occaſionem ſumens: hic de morte cōme/
morat precurſoris dicēs: Herodes miſit ac
tenuit Joannē: ⁊ vinxit eum in carcerē pro/
pter herodiadem vxorem fratris ſui: q₂ du/
xit eam. BEDA: Vet⁹ narrat hiſtoria phi/
lippum herodis maioris filium ſub quo do
minus fugit in egyptum: fratrem huius he/
rodis ſub quo paſſus ē xp̄s duxiſſe herodia
dem vxorem filiam regis arethe: poſtea vo
ſocerū eius exortis quibuſdā cōtra generum
ſimultatibus tuliſſe filiā ſuā: ⁊ in dolorē ma
riti prioris inimici eius nuptijs copulaſſe. ğ
Joānes baptiſta arguit herodem ⁊ herodia/
dem ꝙ illicitas nuptias fecerint: ⁊ non lice/
at fratre viuente germano illius vxorem du
cere. THEO. Lex etiam p̄cipiebat ꝙ fra/
ter vxorem fratris acciperet cum defunctus
prolem nō haberet. Ibi aūt erat filia: ꝓpter
quod erant nuptie ſcelerate. Sequitur: He
rodias autem inſi. illi: ⁊ vole. oc. eum: ⁊ nō
poterat. BEDA: Timebat eniꝫ herodias
ne herodes aliquādo reſipiſceret: vel philip
po fratri ſuo amic⁹ fieret: atqꝫ illicite nuptie
repudio ſoluerentur. Sequitur: Herodes
aūt metu. Jo. quia ſciebat eum virum iuſtuꝫ
⁊ ſanctū. GLO. Timebat iquā eū reueren
do. ſciebat eni eū eē iuſtum quo ad hoīes: et
ſcūm quo ad deum. Et cuſtodiebat eum. ne
ſcilicet ab herodiade īterficeretˀ. Et audito eo
multa faciebat. q₂ putauit eum ſpū dei loq.
Et libenter eū audiuit. quia reputabat vtilia
que ab eo dicebantur. THEO. Vide aūt
quātū operatˀ cōcupiſcētie rabies: quia cum
herodes tantā circa Joannem habebat reue
rentiā ⁊ timorē borū fit īmmemor: vt ſue for
nicationi ꝓuderet. REMI. ſuper Ma/
theū: Libidinoſa eni voluntas eū coegit in il/
lum manū mittere: quē ſciebat iuſtum ⁊ ſan
ctum. At per hoc datur intelligi q₂ min⁹ pec
catum factum ē ei cā maioris peccati: ſꝫ illō:
Qui i ſordibus eſt: ſordeſcat adhuc. Seqˀ:
Et cum di. oppor. acci. hero. nata. ſui ce. fe.
prin. ⁊ tri. ⁊ primiſ ga. BEDA: Soli mor
talium herodes ⁊ pharao leguntur diē nata/
lis ſui gaudijs feſtiuis celebraſſe. ſed vter/
qꝫ rex infauſto hoſpitio natiuitatem ſuam ſā
guine fedauit. verum herodes tanto maiore
īpietate q̄ſto ſanctum ⁊ innocentē doctorem
veritatis occidit: ⁊ hoc pro voto ac petitione
ſaltatricis. Sequitˀ eni: Cumqꝫ itro. filia ip.
hero. ⁊ ſal. ⁊ plac. hero. ſimulqꝫ recū. rex ait:
Pete a me qđ vis ⁊ dabo tibi. THEO.
Dū enim cōuiuiuꝫ fit: ſathanas per puellaꝫ
ſaltat: ⁊ iuſiurandū perficitur ſceleratuꝫ. Se
quitur eniꝫ: Et iura. illi q₂ qcqd pet. da. tibi:
lꝫ dimi. regni mei. BEDA: Nō excuſatur
ab homicidio per iuramētū. ideo eni forte iu
rauit vt occaſionē īueniret occidēdi. ⁊ ſi p̄ris
aut mr̄is īteritū poſtulaſſet: nō vtiqꝫ cōceſſiſ
ſet herodes. Sequitˀ: Que cum exiſ. di. ma.
ſue: quid petā? At illa di. Ca. Jo. ba. Digˀ
operi ſaltatōis: dignū poſtulatur ſāguinis p̄
mium. Seqtur. Cūqꝫ itro. ſtatim cū feſ. ad
re. pe. di. vo. vt pro. des mi. in di. ca. io. ba.
THEO. Maligna mulier ꝓtinus ſibi ca
put Joānis dari petit. i. ſtati i illa hora. Ti/
mebat. n. ne herodes reſipiſceret. Sequitˀ:
Et cōtriſtat⁹ ē rex. BEDA: Cōſuetudis ē
ſcripturarū: vt opinionē multoruꝫ ſic narrat
hiſtoricus: q̄uo eo tp̄e ab oībus credebatˀ: ſi/
cut ⁊ Joſeph ab ipſa queqꝫ Maria appella/
tur pater Jeſu: ita ⁊ nunc herodes dicitur cō
triſtatus: q₂ hoc diſcūbētes putabāt. diſſimi/
lator. n. mētis triſticiā preferebat i facie: cuꝫ
leticiā haberet i mēte: ſceluſqꝫ excuſāt iura/
mēto: vt ſub occaſione pietatis ipi⁹ fieret. vn̄
ſequitˀ: Propter iuſiurādū ⁊ ꝓpter ſimul di
ſcūbētes noluit eā contriſtare. THEO.
Herodes qdē nō ſui cōpos ſꝫ voluptuoſus
iuſiurādū iplenit: ⁊ iuſtū interimit. Decebat
āt magis i hoc piurare ⁊ nō tātū ſcelus ope/
rari. BEDA: Qđ āt ſubdit: Et ꝓpter ſi/
mul recumbentes. vult omnes ſceleris ſui
eſſe cōſortes: vt in luxurioſo īpuroqꝫ cōui/

nio eructe epule deferentur. vnde ſequitur:
Sed miſ. ſpi. pre. aſ. ca. io. in di. THE.
Spiculator carnifex dicit q cōſtituitur ad ho
mines interficiēdum. BEDA: Non autē
herodē puduit caput occiſi hominis ante cō
uiuas inferre. Pharao vero nil talis veſa/
nie cōmiſiſſe legitur. Ex vtroqȝ tamē exem/
plo probatur vtilius eſſe nobis diem mortis
future timendo: ⁊ caſte agendo ſepius i me/
moriam reuocare q̄ȝ diem natiuitatis luxuriā
do celebrare. Homo enim ad laborem naſci
tur in mundo: ⁊ electi ad requiem per mortē
tranſeunte mundo. Sequitur: Et decol. eū
in carcere: ⁊ attu. caput eius in diſco: ⁊ de. il
lud puelle: ⁊ puella dedit mr̄i ſue. GRE.
iij. moralium. Non ſine grauiſſima admira
tione perpendo q̄ ille prophetie ſpiritu itra
matris vterum iplctus: quo inter natos mu
lierum nemo maior ſurrexit ab iniquis i car
cerem mittitur: ⁊ pro puelle ſaltatu capite trū
catur: ⁊ vir tante ſeueritatis pro vſu turpiuȝ
moritur. Nunquid credimus aliquid fuiſſe
quod in eius vita: illa ſic deſpecta mors ter/
geret. Sed quādo ille vel in cibo peccauit:
qui locuſtas ſolūmodo ⁊ mel ſilueſtre edit?
Quando conuerſatione ſua offendere potu
it qui de heremo non receſſit? Quid eſt q̄ oi
potens deus ſic vehementer in hoc ſeculo de
ſpicit: quos ſic ſublimiter ante ſecula elege/
rit? niſi hoc quod pietati fidelium patet: quo
niam idcirco ſic eos premit in infimis: quia
videt quomodo remuneret in ſummis: ⁊ fo
ras vſqȝ ad deſpecta deijcit: quia intus vſqȝ
ad incomprehenſibilia perducit. Hic ergo
vnuſquiſqȝ colligat: quid illic paſſuri ſint q̄s
reprobat ſi hic ſic cruciat quos amat. Sequi/
tur: quo audito diſcipuli eius venerunt ⁊ tu
lerunt corpus eius: ⁊ poſuerunt illud in mo
numento. Narrat Joſephus vinctum Joan
nem in caſtellum macheronta adductum: ibi
qȝ truncatum. narrat vero eccleſiaſtica hiſto/
ria ſepultum eum in ſebaſte paleſtine vrbe q̄
quondam ſamaria dicta eſt. Decollatio autē
Joann es: minorationem fame illius q̄ chri/
ſtus a populo credebatur inſinuat: ſicut exal
tatio ſaluatoris in crucem profectuȝ deſigna
bat fidei: quia ⁊ ipſe qui prius a turbis pro/
pheta eſſe credebatur: dei filius a cunctis fi/
delibus eſt agnitus. vn̄ Joannes quē opor/
tebat minui: cū diurnū lumē d'creſcere icipit

natus eſt: dominus autem eo tp̄e anni quo
dies creſcere incipit. THEO. Myſtice āt
hero. qui interpretatur pelliceus: pp̄ſs eſt iu
deorū q habebat vxorē. ſ. inanē gloriā cuius
filia ſaltat ⁊ mouetur etiā nūc circa iudeos. ſ.
falſus i tellectus ſcripturaruȝ: decapitauerūt
ſiquidē Joānem. i. verbū ꝓpheticū: ⁊ ſine ca
pite chriſto hn̄t eū. HIERO. Vel alit:
Caput legis qđ ē xp̄s de corpore abſcidit ꝓ/
prio. i. iudaico populo: ⁊ dat gētili puelle. i.
romane eccleſie: ⁊ puella dat matri ſue adul
tere. i. ſynagoge crediture i fine. Corpus Jo
ānis ſepelitur caput in diſco collocatur. Lit/
tera humata tegitur. ſpiritus in altari hono/
ratur ⁊ ſumitur.

¶ In natiuitate btē virginis. Ma thei primo capi.

Liber generationis ieſu
chriſti filij dauid: filij a/
braam.
Or faciē hois Mathe⁹ ſigni
ficat: q̄ſi de hoie exorſus eſt
ſcribere dicens: Liber generatiōis. RA
BA. Quo exordio ſatis oſtendit generatio
nem chriſti ſm̄ carnem ſuſcepiſſe narrandā.
CHRY. Judeis enim euāgeliū ſcripſit:
q̄bus ſuperfluum erat exponere diuinitatis
naturā quā cognoſcebant: neceſſarium auteȝ
fuit eis myſterium icarnatōis oſtendere. Jo
annes aūt cū gentibus euāgelium ſcripſit: q̄
non cognoſcebāt ſi deus filiū hȝ: iō neceſſa/
rium fuit p̄mum illis oſtēdere q̄r ē filius dei
deus: deide q̄r carnē ſuſcepit. RABA.
Cū āt paruā libri particulā teneat gn̄atio di/
xit: Liber gn̄ationis. Cōſuetudo eni hebreo
rū ē vt voluminib⁹ ex eoꝝ p̄ncipijs iponant
noia: vt ē geneſis. GLO. Planior .i. ſen
ſus eēt: Hic ē liber generatōis ſed h̄ ē mos
in multis: vt Viſio eſaie: ſubaudis hec eſt.
Generationis āt ſingulariter d'r: q̄uis mul
te p ordinē replicētur: q̄r ꝓpter chriſti genera
tionē cetere h̄ iducuntur. GRE. i ho. Vel
iō librū hunc gn̄atiōis noiat: quia hec ē toti⁹
diſpēſationis ſūma ⁊ radix bonorū omniū:
deū hominem factum eſſe: hoc eni facto alta
ſm̄ rōnē ſequebantur. REMI. dicit autē:

Li. gene. ie. chri. quia nouerat ſcriptū eē: Li
ber generationis ade: ⁊ ideo ſic exorſus ē vt
opponeret librū libro: Adā nouū ade veteri:
quia oīa per iſtum ſūt reſtaurata q̄ p illū ſunt
corrupta. HIERO. In eſaia aūt legim⁹:
Generationē ei⁹ qs enarrabit: nō ḡ pute
mus euāgeliſtā ꝓphete eē contrariū vt quod
ille impoſſibile dixit eē affatu: hic narrare inci
piat q: ibi de generatione diuinitatis: h̄ de i
carnatione dictum eſt. CHRY. in hom.
Nec tamē parua eſtimes te audire hanc au
diens generationem. eſt eni valde ineffabile
q̄ deus ex muliere naſci dignatus eſt: ⁊ bre
ꝓgenitores dauid ⁊ abraam. REMI. Si
aūt aliquis dixerit q: ꝓphete de natiuitate hu
manitatis dixit: nō ē rn̄dendum: Null⁹ ge
neratione dn̄i narrauit ſed perrarus: q: ma
theus ⁊ lucas. RABA. In hoc aūt q̄ di
cit. Jeſu chriſti. regalē ⁊ ſacerdotalē i eo exp̄
mit dignitatem. nā ieſus q nois huius preſa
gium pretulit: primus poſt moyſen in popu
lo iſrael ducatum tenuit: Aaron vero myſti
co conſecratus vnguēto primus i lege ſacer
dos fuit. AVG. de que. no. ⁊ vete. teſta.
Qd autem per olei vnctionē preſtabat de⁹
illis qui in reges vel ſacerdotes vngebant:
hoc preſtitit ſpiritusſanctus homini chriſto
addita expiatione. Spiritus eniʒ ſanctus pu
rificauit quod de maria virgine in corp⁹ ſal
uatoris profecit: ⁊ hoc eſt vnctio corporis ſal
uatoris quare xp̄s eſt appellat⁹. CHRY.
ſuper math. Quia vero impia prudentia iu
deorum negabat ieſum de dauid ſemine eſſe
natum: ſubdit: Filij dauid filij abraā. Qua
re autem non ſufficiebat dicere illum filium
abrae ſolius: aut dauid ſolius: quia ad ābos
de chriſto naſcituro ex eis ꝓmiſſio fuerit fcā.
ad abraaʒ quidem ſic: Et in ſemine tuo be
nedicentur omnes gentes terre. Ad dauid
autem ita: De fructu ventris tui ponaʒ ſup
ſedem tuā. Jō ergo vtriuſqꝫ filium dixit: vt
vtriuſqꝫ ꝓmiſſiones i chriſto adimpletas oſtē
deret. deinde quia chriſt⁹ tres dignitates fue
rat habiturus: rex: ꝓpheta: ſacerdos. Abra
am propheta fuit ⁊ ſacerdos. ſacerdos ſicut
deus ad illū dicit in geneſi: Accipe mihi vac
cam ruffam: ſicut ait dominus ad abimelech
de illo: Propheta eſt ⁊ orabit pro te. Dauid
rex fuit ⁊ propheta: ſacerdos autem nō fuit.
Jdeo ergo amboꝝ fili⁹ nomiatus ē vt vtri
uſqꝫ prīs triplex dignitas origiali iure recog
noſceretur in chriſto. AMBROSI. ſuper
lucam: Ideo etiā duos generis auctores ele
git: vnum qui de cognatione populorū pro
miſſum accepit: alterum qui de generatione
chriſti oraculum conſecutus eſt. Et ideo licet
ſit ordine ſucceſſionis poſterior: prior tamen
deſcribitur: quia plus eſt promiſſum accepiſ
ſe de chriſto q̄ʒ de eccleſia que eſt per chriſtū.
potior eſt enim qui ſaluat eo quod ſaluatur.
HIERO. Ordo etiam prepoſterus: ſed
neceſſario commutatus. ſi enim primum po
ſuiſſet abraam: ⁊ poſtea dauid rurſus ei repe
tendum fuit abraam vt generationis ſeries
texeretur. CHRYSOSTOMVS.
ſuper mathe. Altera autem ratio eſt: quia re
gni dignitas maior eſt q̄ʒ nature. nā ⁊ſi abra
am precedebat in tempore: dauid precedebat
in dignitate. GLO. Quia vero ex hoc titu
lo appareat totum hunc librum conſcribi de
ieſu chriſto: neceſſariū eſt precognoſcere qd
ſit ſentiendum de ipſo. ſic enim melius expo
ni potuerunt que in hoc libro de eo dicūtur.
AVGV. de que. euan. Error autem he
reticorum de chriſto tribus generibus termi
natur: aut de diuinitate: aut de humanitate:
aut de vtroqꝫ falluntur. AVGV. de he
re. Cherintus ergo ⁊ Ebion ieſum chriſtum
hoiem tm̄ fuiſſe dixerūt: q̄s ſecut⁹ paulus ſa
moſatenus chriſtum nō ſemper fuiſſe: ſʒ ei⁹
initiū ex quo de maria natus ē aſſeuerat: nec
enim aliquid amplius q̄ʒ hoiem putat. ⁊ hec
hereſis poſtea a Photino confirmata eſt.
AVGV. contra hereticos: Joannes aūt
apoſtolus iſtius inſaniam longe ante ſpiritu
ſācto cōſpiciēs eū alto imperitie ſopore demer
ſum ſue vocis preconio excitat dicēs: In p̄n
cipio erat verbum. Ei ergo quod in princi
pio erat apud deum: non relinquit i nouiſſi
mo tempore vt originis ſue ab hoie p̄ncipi
um ſumpſerit. Item inquit: Pater glorifica
me illa gloria quā habui apud te priuſqꝫ mū
dus fieret. audiat photinus eum gloriam an
te principium poſſidere. AVG. de here.
Neſtorij autem peruerſitas fuit vt hominez
tantūmodo ex beata Maria virgine genituz
predicaret: quem verbum dei non vnitatem
perſone ⁊ in ſocietatem ſeparabilem recepiſ
ſet: quod catholicorum aures nequaqꝫ ferre
potuerunt. AVG. ad monachos egypti:

Ait enim apoſtolus de vnigenito: ꝙ cum in
forma dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt
eſſe ſe equalem deo. Quis eſt ergo ille q̄ ē in
forma dei? aut quō exinanitus eſt: ⁊ deſcen-
dit ad humilitatem ſꝫm hominis formã? Et
quidem ſi predicti heretici in duos diuiden-
tes chriſtum .i. in hoīem ⁊ verbum hoīez di
cunt ſuſtinuiſſe exinanitionem: ſeparātes ab
eo dei verbum: preoſtendendum ē q: in for
ma ⁊ in equalitate intelligit: ⁊ fuit patris ſui
vt exinanitionis ſuſtineret modum. Sed ni
hil creaturarum eſt: ſi ſꝫm propriam intelliga
tur naturaꝫ in patris equalitate: quomodo er
go exinanitus dicitur: ⁊ ex qua eminentia vt
eſſet homo deſcendit? aut quō itelligit aſſum
pſiſſe tanq̄ꝫ non habēs in principio ſerui for
mam? Sed aiunt ꝙ verbum patri equale exi
ſtens habitauit in homine nato per mulierē.
Et hec eſt exinanitio. Certe audio filium di-
centeꝫ ſanctis apoſtolis: Siquis diligit me:
verbum meum cuſtodiet. Audis quomodo
in eis qui ſe diligunt: ſe ⁊ ſibi cohabitare di-
xit deum patrē. Putas ergo ipſum exinani
tum ⁊ vacuatum: dabimꝰ ⁊ ſerui formam ac
cepiſſe: q: indulgentium ſe aīabus ſanctis fa
cit manſionem. Quid aūt ſpiritus habitans
in nobis putatis ⁊ ipſe humanationis diſpē
ſationem adimplet. ABBAS iſidorus
ad archipreſby. Uerum ne vniuerſa annu-
meremus: vnuꝫ ad quod vniuerſa intendūt
dicemus: q: illum qui deus erat: humilia lo-
qui ⁊ diſpenſatiuum ſimul ⁊ vtile eſt: ⁊ nihil
inuiolabili nature preiudicat. Eum vero qui
homo eſt: diuina ⁊ ſupernaturalia quedaꝫ lo
qui ſumme preſumptōis eſt malū: nā regi q
dem lꝫ ēt ⁊ humiliter agere: militi vero nō lꝫ
iperiales voces emittere. Si igit deus erat
humanatꝰ: ēt humilia locū hn̄t. Si vero ho-
mo tm̄ erat: excelſa non hn̄t locū. AVG.
de here. Sabellū diſcipulum Noeti qdā phi
bent: q dicebat chriſtū eundē ⁊ patrē ⁊ ſpiri-
tūſanctū. AVGV. contra hereti. Huius
aūt inſaniſſimi furoris audaciā celeſtiū teſti-
moniorꝫ auctoritate frenabo ad demonſtran
dam proprie ſubſtantie filij pſonā: non illaꝫ
que homini ſuſcepto ꝯgruere cauillatur aſſu
mens: ſed illa i mediū proferēs teſtimonia:
q̄ ſine vllo ancipitis intelligentie ſcrupulo di
uinitati eius cōpetere oēs pariter ꝯfitentur.
In geneſi enim deū dixiſſe legimus: Facia-
mus hoīem ad imaginem ⁊ ſimilitudinē no
ſtram. Ecce pluraliter dicit Faciamus: aliuꝫ
videlicet indicans ad quē loquentis factus ē
ſermo. Si vnus ē: ad imaginē ſuā feciſſe di
ceretur: nūc aūt alius ⁊ alterꝰ imaginē apꝰ
feciſſe deſcribit. GLO. Alij vero veram
chriſti humanitatē negauerunt. Ualentinus
enim dixit xp̄m a patre miſſum ſpiritale vel
celeſte corpꝰ attuliſſe: nihilq̄ꝫ aſſumpſiſſe de
Maria virgine: ſꝫ p illā tanq̄ꝫ per riuuꝫ aut
fiſtulā ſine aſſumpta carne trāſiſſe. Nos aūt
nō ideo credimus natū ex maria virgine ꝙ
aliter in vera carne exiſtere atq̄ꝫ hoībus ap-
parere nō poſſet: ſꝫ q: ſic ſcriptū ē in ea ſcri-
ptura cui niſi crediderimꝰ nec chriſtiani nec
ſalui eſſe poterimus. Si aūt de celeſti vel ae
rea vel humida creatura corpus aſſumptum
vellet cōmutare: i humane carnis veriſſimā
qualitatē hoc eū potuiſſe facere qs negaret?
AVGV. de hereſi. Manichei vero dixe-
runt: phantaſma eſſe dn̄m ieſum chriſtū: nec
femineo poſſe naſci ex vtero. AVGV.
lxxxiij. q. Sꝫ ſi phātaſma fuit corpꝰ chriſti: fe
fellit chriſtus: ⁊ ſi fallit: veritas nō ē. Eſt aūt
veritas chriſtus: nō ergo phātaſma fuit cor-
pꝰ eiꝰ. GLO. Et q: ꝑncipiū huius euāge-
lij ⁊ ēt euāgelij ſꝫm lucā manifeſte oſ̄dūt chri
ſtū natū ex femina: ex quo apparet vera chri-
ſti humanitas: ergo vtriuſq̄ꝫ euāgelij princi
pia negant. AVGV. ꝯtra fauſtū: vñ fau-
ſtus dicit: Euāgeliū qdē a predicatiōe chriſti
⁊ eſſe cepit ⁊ noīari: in quo ipſe nuſq̄ꝫ ſe na-
tū ex hoībus dicit. At vero genealogia a deo
nō ē euāgeliū: vt nec eiꝰ ſcriptor auſus fuerit
eū euāgeliū noīare. Quid. n. ſcribit: Liber
generatōis ieſu xp̄i filij dauid: nō ergo liber
euāgelij ieſu xp̄i: ſꝫ liber generatōis. At ve-
ro Marcꝰ q: generationē ſcribere nō cura-
uit: ſꝫ tm̄ predicatōnē filij dei qd̄ ē euāgeliū:
vide q̄ꝫ cōpetēter ſit exorſus: Euangeliū in-
quit ieſu xp̄i filij dei: vt h ſatis appeat genea
logiā nō eē euāgelium nāq̄ꝫ ⁊ i ipſo matheo
poſt iclūſum ioānē i carcere tūc legit ieſuꝫ ce
piſſe predicare euangeliū regni. Ergo qcqd
ante hoc narrat: genealogiā eſſe conſtat: non
euangeliū. Ad ioannē ergo ⁊ marcū me con
tuli: quorꝫ mihi principia nō imerito placue-
runt: q: nec dauid nec mariaꝫ inducunt: nec
ioſeph: contra quem Augu. Quid ergo re-
ſpōdebit apoſtolo dicēti: Memor eſto ieſuꝫ

chriſtuꝫ reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine da/
uid ſm̄ euangelium meum. Quod autē erat
apoſtoli pauli euāgelium: hoc ēt ceteroꝝ apo
ſtolorum ⁊ omnium fideliuꝫ. hoc enim alibi
dicit: Siue ego ſiue illi euangeliū predicaue/
runt. AVGV. de hereſi. Arriani aūt pa/
trē ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū volunt eſſe vnius
eiuſdēqꝫ ſubſtantie: nature: aut exiſtentie: ſꝫ
eſſe filiū creaturā patris: ſpiritū vero ſanctū
creaturā creature: hoc ē ab ipſo filio creatum
volunt: Chriſtū ēt ſine aīa carneꝫ ſuſcepiſſe
arbitrantur. AVGV. ꝑmo de tri. Sꝫ ioā
nes in eo declarat filiū nō tm̄ deū eſſe. ſꝫ etiā
eiuſdē cū patre ſubſtātie: qꝛ cū dixiſſet: Et de
us erat verbū: addidit: Oīa ꝑ ipſa fcā ſunt.
vn̄ apparet ipſum fcm̄ nō eſſe per queꝫ facta
ſunt oīa. ⁊ ſi factꝰ nō ē: creatꝰ nō ē: ⁊ ſic eiuſ
dē cū patre ſubſtātie ē. oīs. n. ſubſtātia q̄ de
us nō ē: creatura ē. AVGV. ꝯtra felicia/
nū: Neſcio. n. quid nobis mediatoris ꝑſona
ꝯtulerit: q mediꝰ noſtrū nō redimēs carnē q̄
ſine aīa nec bn̄ficiū poſſit ſentiꝛ ſuſcepit. Si
.n. venit xp̄s ſaluū facere qđ ꝑierat: qꝛ totus
hō periīt: totꝰ bn̄ficio ſaluatoris indiget: ⁊ iō
xp̄s veniēdo totū ſaluat corpꝰ ⁊ aīaꝫ aſſumē
do. AVGV. in li. lxxxiij. q. Quō ēt ipſi
rn̄dēt tā manifeſtis obiectōibus ex euāgelica
ſcriptura: in qua ꝯtra eos dn̄s tā multa com
memorat: vt ē illud: Triſtis ē aīa mea vſqꝫ
ad mortē. ⁊ ꝑtātē habeo ponēdi aīaꝫ meā:
⁊ mlta huiuſmodi. q ſi dicāt parabolis eū lo/
cutū eſſe: hēmꝰ euāgeliſtaꝝ rōnes: q res ge/
ſtas narrātes ſicut eū corpꝰ hūiſſe teſtanꝛ: ſic
eū indicāt hr̄e aīam ꝑ affectiōes q̄ nō pn̄t eſſe
niſi i aīa. eis. n. narrātibꝰ legimꝰ: Et miratꝰ
ē ieſus: ⁊ iratus ⁊ multa huiuſmodi. AV/
GV. de hereſibus. Apollinariſte aūt ſicut
arriani chriſtū dixerūt carnē ſolā ſine aīa ſu/
ſcepiſſe: In qua qōne teſtimoniīſ euāgelicis
victi: mentē qua rōnalis ē aīa hoīs defuiſſe
aīe chriſti. Sꝫ ꝓ hac ipſum verbū i ea fuiſſ
dixerūt. AVGV. i libro. lxxxiij. q. Sꝫ e
ita ē beluā quādā cū figura humani corporis
dei verbū ſuſcepiſſe crederet. AVGV. đ
hereſibꝰ: De ipſa vero eius carne ſic a recta
fide diſſenſiſſe ꝑhibenꝛ: vt dicerēt carnē illā
⁊ verbū vniꝰ eiuſdēqꝫ ſubſtātie eſſe: ꝯtētio/
ſiſſime aſſeuerātes verbū carnē fcm̄: hoc eſt
verbi aliqđ i carnē fuiſſe mutatum atqꝫ ꝯuer
ſuꝫ nō aūt carnē de Marie carne ſuſcepiſſe:

ꝯuerſum atqꝫ mutatū: nō aūt i carnē đ Ma
ria ſuſceptā. CYRIL. in epiſtola ad Joā
nē āntio. Furere autem arbitramur eos qui
ſuſpicati ſunt ꝙ mutationis obumbratio cir
ca diuinam verbi naturam poteſt continge/
re: manet. n. qđ eſt ſemper: ⁊ nō mutaꝛ: nec
conuerſionis eſt capax. LEO ad conſtanti
nopoli. Nos autem non ita dicimus chriſtū
hoīem vt aliquid ei deſit qđ ad humanaꝫ cer
tum eſt pertinere naturam: ſiue aīaꝫ: ſiue mē
tem rationabilem: ſiue carnem que non ē de
femina ſumpta ſit: ſed facta de verbo in car/
nem: conuerſo atqꝫ mutato. Que tria falſa
apollinariſtarum hereſis: tres varias protu/
lit partes. LEO. ad paleſti. Eutices quoqꝫ
tertium apollinaris dogma delegit: vt nega
ta humane carnis atqꝫ anime veritate totum
dominum noſtrum ieſum chriſtuꝫ vnius aſ
ſereret eſſe nature tanqꝫ verbi diuinitas ipſa
ſe in carnem animāqꝫ verteret: ⁊ concipi na
ſci aut nutriri ⁊ cetera huiuſmodi: eius tm̄ eſ
ſentie fuerit. ſ. diuine: que nihil horum in ſe
ſine carnis recepit veritate: quoniam natura
vnigeniti: natura eſt patris: natura eſt ſpiri/
tuſſancti: ſimulqꝫ impaſſibilis ⁊ ſempiterna
Verum ſi ab apollinaris peruerſitate hereti
cus iſte deceſſerit ne conuinceretur: deitateꝫ
paſſibilem ſentire atqꝫ mortalē: ⁊ tamen ver
bi incarnati ideſt verbi ⁊ carnis vnaꝫ audet
pronunciare naturā: non dubie in manichei
⁊ martionis tranſit inſaniam: ⁊ dominum ie
ſum chriſtuꝫ ſimulatorie omnia credit egiſſe:
nec humanum ipſum corpus: ſed phantaſti/
cam corporis ſpeciem: oculis apparuiſſe cer
nentium. IDEM ad iulianuꝫ: In eo vero
ꝙ eutices in epiſcopali iudicio auſus eſt di/
cere ante incarnationem duas fuiſſe in chri/
ſto naturas: poſt incarnationem autem vnā:
neceſſarium fuit vt ad reddendam rationem
profeſſionis ſue ſollicitis interrogationibꝰ
vrgeretur. Arbitror enim eum talia loquen
tem hoc habere perſuaſuꝫ: ꝙ aīa q̄ꝫ ſaluator
aſſumpſit: poſt i celis ſic cōmorata q̄ꝫ de ma/
ria virgine naſceretur. Sꝫ hoc catholice mē
tes aureſqꝫ non tolerant: qꝛ nil ſecum domi/
nus de celo veniens noſtre conditionis exhi
buit. Nec animā eius que anterior extitiſſet:
nec carnē q̄ non materni corporis eſſet acce/
pit. vnde qđ in Origene merito dānatū eſt:
q aīaꝝ anteqꝫ corporibus iſerenꝛ nō ſolū mu

ras ſed ⁊ diuerſas fuiſſe aſſeruit actiões: ne
ceſſe eſt ꝙ in iſto plectatur. REMI. Has
igitur hereſes in principio euangelij ſui euā
geliſte deſtruunt: nam matheus cum narrat
eum duxiſſe originem per reges iudeorum:
verum hominem eum oſtendit ⁊ veram car
nem habuiſſe. Similiter ⁊ lucas qui ſacerdo
talem ſtirpem ⁊ perſonam deſcribit: Marc⁹
aūt cū ait: Initium euangelij ieſu chriſti filij
dei: ⁊ ioānes cū ait: In principio erat verbū
manifeſtant eū ante oīa ſecula ſemꝑ fuiſſe de
um apud deum patrem.

¶ Abraaȝ autem genuit Iſaac. Iſa
ac autem genuit iacob. Jacob autem
genuit iudam ⁊ fratres eius.

AVGV. de cō. euā. Mathe⁹ euāgeliſta
oñdit generationē chriſti ſm carnem ſe ſuſce
piſſe narrādā a genealogia chriſti exorſus ē.
Lucas aūt tāq̄ʒ ſacerdotē i expiand peccatis
magis aſſignās: nō ab initio euāgelij ſui: ſʒ
a baptiſmo xp̄i generatiōes enarrat vbi teſti
moniū ioānis ꝓhibuit dicēs: Ecce qui tollit
peccata mūdi. In generationib⁹ ēt mathei ſi
gnificaṫ nr̄oꝝ ſuſceptio peccatoꝝ a dn̄o xp̄o.
In generationib⁹ aūt luce ſignificaṫ abolitio
nr̄oꝝ peccatoꝝ ab ipſo: iō generatōes chriſti
mathe⁹ deſcēdēs enarrat: lucas aūt aſcēdēs
humanā aūt xp̄i generationē: Mathe⁹ deſcē
dēdo deſcribēs ad abraā generatiōes cōme
morat. AVG. ſuꝑ lucā: Prior. n. abraaȝ
meruit fidei teſtimoniū: q2 credidit deo: ⁊ re
putatū ē ei ad iuſticiā: iō ēt auctor generis de
buit ſignificari q2 iſtaurāde eccl'ie ſponſionē
ꝓm⁹ emeruit cū dr̄: Bn̄dicenṫ i te oēs trib⁹
terre. Et iteꝝ dauid delatū ē ꝙ ieſus fili⁹ ei⁹
diceret. vn̄ huic prerogatiua ſeruaṫ: vt ab eo
generationis dominice manaret exordium.
CHRY. Euāgeliſta igiṫ mathe⁹ genera
tionē dn̄ice carnis ꝑ ſeriē parētū volens cō
mēdare memorie ordines a pr̄e abraā dicit:
Abraā gēuit Iſaac. Cur nō dixit iſmael quē
ꝓmi⁹ genuit? Seqṫ: Iſaac aūt genuit iacob.
cur nō dixit eſau q ei⁹ ꝓmogenit⁹ fuit? Q2 .ſ.
ꝑ illos ad dauid ꝑueniṫ nō poſſet. GLO.
Oēs tn̄ fratres iude cū ipſo i generatiōe cō
putat qð ēt iō ſcm̄ ē: q2 Iſmael ⁊ Eſau nō re
manſerūt i cultu vni⁹ dei: fratres vero iude i
ꝑpl'o ſunt cōputati. CHRY. Vel propte
rea .xij. pr̄iarchaꝝ meminit: vt eā q̄ ex ꝓge
nitoꝝ nobilitate ē elationē auferret. Etenim
multi hoꝝ ex ancillis nati fuerūt: ſʒ oēs ſilr
erāt pr̄iarche ⁊ tribuū ꝓncipes. GLO. Io
aūt iudā noīatim poſuit: q2 de illo tm̄ dn̄s de
ſcēdit. In ſingulis aūt patrib⁹ nō ſolū dʒ no
tari hiſtoria: ſʒ allegoria ⁊ moralitas. allego
ria qdē: in quo vnuſqſqʒ patrū xp̄m prefigu
ret. moralitas i hoc notaṫ ꝙ ex ſingulis patri
b⁹ i nobis aliqua virt⁹ ꝑ ſignificationē nois
vel exēplū edificeṫ. Abraā ergo i multis lo
cis figuram chriſti portat. ⁊ preterea in noie:
Abraā. n. pr̄ multaꝝ gētiū iterpretaṫ: ⁊ chri
ſt⁹ ē pr̄ multoꝝ fideliū. Abraā ēt de cognatō
ne ſua exijt ⁊ i terra aliena demorat⁹ ē: ⁊ xp̄s
derelicto iudaico ꝑpl'o ad gētes ꝑ predicato
res ſuos exiuit. CHRY. ſuꝑ math. Iſaac
aūt iterpretaṫ riſus: riſus aūt ſcōꝝ ē: nō ſtri
cta cachiatio labioꝝ: ſʒ rōnabile gaudiū cor
dis qð fuit myſteriū chriſti. Sič. n. ille parē
tibus in vltima ſenectute donatus eſt leticia
ſuis vt cognoſcatur quia non erat filius na
ture ſed gratie: ſic ⁊ chriſtus in nouiſſimo fi
ne productus eſt a matre iudea gaudiuȝ cun
ctis. ſed iſte per virginem: ille de anu: ambo
contra ſpem nature. REMI. Jacob ſup
plantator interpretatur: ⁊ de chriſto dicitur:
Supplātaſti inſurgentes in me ſubtus me.
Jacob gēuit iudā ⁊ fratres ei⁹. CHRY.
ſuꝑ mathe. Et noſter Jacob genuit .xij. apo
ſtolos in ſpiritu non in carne: verbo non in
ſanguine. Judas autem interpretatur confeſ
ſor: quoniam chriſti erat imago qui confeſ
ſor patris erat futurus dicens: Confiteor ti
bi pater domie celi ⁊ terre. GLO. Mora
liter autem abraam nobis virtutem fidei per
exempla chriſti ſignificat: cum de eo legatur:
Abraam credidit deo ⁊ reputatum eſt ei ad
iuſticiam. Iſaac ſignificat ſpeȝ: quia interpre
tatur riſus: fuit enim gaudium parentum.
ſpes vero ſimiliter eſt gaudium noſtrum dū
eterna bona ſperare facit: ⁊ de eis gaudere.
Abraam ergo genuit Iſaac: quia fides gene
rat ſpem: iacob autem ſignificat charitatem.
Charitas enim amplectitur duas vitas: acti
uam per dilectionem proximi: cōtemplatiuā
per dilectionem dei. actiua per liam: contem
platiua per rachel ſignificaṫ. lia enȝ laborās
interpretatur: q2 actiua in labore eſt: Rachel
viſum principiuȝ: q2 ꝑ ɔtemplatiuā ꝓncipiū
ideſt deus videtur. Naſcitur ergo iacob de

duobus parentibus: qꝛ charitas naſcitur de fide ⁊ ſpe: quod enꝫ credimus ⁊ ſperamus diligimus.

¶ Judas autem genuit phares ⁊ zarā de thamar. Phares autem genuit eſrom. Eſrom autē genuit araꝫ. Arā autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naaſon. Naaſon autem genuit ſalmon. Salmon autem genuit booꝫ de raab. Booꝫ autem genuit obeth ex ruth. Obeth auteꝫ genuit ieſſe. Jeſſe autem genuit dauid regem.

tet. vnde ſequit: mittentes rhetia in mare: qd
quidem eorum officio cōgruebat: propter qd
ſequitur: Erāt. n. piſcatores. AVG. i ſer.
de calēdis Januarij. Nō. n. elegit reges aut
ſenatores: aut phos aut oratores immo ele/
git plebeios: paupes: et idoctos piſcatores.
AVG. ſup ioānē. Si. n. doctos eligeret:
forташſis iō ſe diceret electū: qr doctrina eius
eligi meruit. Dñs aūt nr ieſus xps volēs ſu
perboz frāgere ceruices nō queſiuit p orato
rē piſcatorē: ſed de piſcatore lucratus eſt im
peratorē: Magnus cyprianus orator: ſz pri
us piſcator. CHRY. ſuper math. Futu/
re etiā dignitatis gratiā artificij ope pphetal
bant. nam ſicut qui rhetia iactat i aqua: neſcit
quos piſces cōprehenſurus eſt: ſic et doctor
quādo diuini ſmonis rhetia ſup populū ia/
ctat: neſcit qui ſūt acceſſuri ad deū. Sed quoſ
cūqz deus excitauerit: illi adherēt eius doctri
ne. REMI. De his aūt piſcatorib9 loquit
dñs p ieremiam dicēs: Mittā in vos piſca
tores meos et piſcabuntur vos. vnde et hic
ſubdit: Venite poſt me. GLO. Nō tam
pedibus qz affectu et imitatione. Et fa. vos
fie. piſcato. hominum. CHRY. ſup ma/
the. Ideſt doctores: vt cū rhete verbi dei cō/
prehēdatis hoies de mundo tēpeſtuoſo et pe
riculoſo: vbi hoies nō ābulāt: ſed ferūt: quia
diabolus cū delectatione cōpellit eos in ma/

lo: vbi hoies aterutrum hoiu3 se comedūt: si
cut pisces fortiores deuorāt iuniores: vt trā/
slati viuāt in terra corporis christi mēbra fa/
cti. GRE. in ho. Nulla āt petrus ⁊ andre
as christum miracula facere viderāt: nihil ab
eo de p̄mio eterne retributionis audierant: ⁊
tamen ad vnum domini preceptum hoc qđ
possidere videbantur obliti sunt. vnde seq̄r:
At illi cōti. re. rhe. se. sunt eum. In quo affe
ctum debemus potius pensare q̄3 sensum.
Multum enim reliquit qui sibi nihil retinu
it: multum dimisit qui cū re possessa ⁊ concu
piscētijs renūciauit. A sequētibus ergo tan/
ta dimissa sūt: q̄ta a nobis sequētibus cōcu/
pisci potuerūt. Exteriora eni nr̄a dn̄o q̄tum
licet parua sufficiūt: nec p̄pēdit q̄tū in eius sa/
crificio: sed ex quāto p̄feratur. Estimationē
q̄ppe precij regnū dei non habet: sed tm̄ va/
let q̄tum habes. CHRY. sup mat. Non
autē predicti discipuli secuti sunt xp̄m docto
ris cupiētes honorem: sed operis lucrū: scie
bant. n. q̄3 preciosa est aia hois: q̄3 grata est
apud deum salus ipsius ⁊ quāta ē merces.
CHR. i ho. Tāte igit̄ p̄missioni credide/
runt ⁊ p̄ s̄mones q̄bus sunt capti crediderūt
se alios posse piscari. CHR. super math.
Hec igit̄ cupiētes secuti sūt oibus relictis: i
quo nos docuerūt: q̄z nemo pōt terrena pos
sidere: ⁊ p̄fecte ad celestia p̄uenire. GLO.
In his ergo datum est exemplum illis q cen
ium deserūt pro christi amore. Subditur āt
exemplum eorum qui etiam carnales affect⁹
pro deo postponunt. vnde dicitur: Et proce
dens inde vidit alios duos. Nota quia vo/
cat binos ⁊ binos sicut alibi legitur q̄ misit
eos binos ⁊ binos ad predicandū. GRE.
in ho. Quatenus hic nobis tacitus innuat:
quia qui charitatem erga alterum non habet:
predicationis officium suscipere nullatenus
debet. Duo enim sunt precepta charitatis: ⁊
minus q̄3 inter duos charitas haberi nō po/
test. CHRY. super math. Super charita
tem etiā fraternitatis ecclesie recte posuit fun
damenta: vt ex radicibus charitatis exube/
rans quasi humor ascēdat in ramis ⁊ hoc su
per naturalem charitatem: vt non solum per
gratiam: sed etiam per natura3 ipsa charitas
firmior habeatur. vnde dicit: Fratres: sic. n.
fecit deus. ⁊ in veteri testamento sup moysē

⁊ aaron fratres: ponens edificatiōis initiu3.
Quoniam autem abundatior est gratia no/
ui testamenti q̄3 veteris: ideo primum popu
lū edificauit sup vnā fraternitatem: hunc au/
tem super duas. Jacobum inquit zebedei et
ioannem fratrem eius in naui cu3 zebedeo
patre eorum reficientes rhetia sua. qđ ē ma/
xime paupertatis indicium: vetera enim refi
ciebāt q noua vn̄ emerēt nō hēbāt. Et qđ ad
maiorē pietatē eoꝝ pertinet in tanta paup̄ta/
te sic patri suo succurrebant: vt secum eū ba
iularēt i naui: n̄ vt ille istos adiuuaret i ope/
re: sed vt isti illum consolarētur sua p̄sētia.
CHRY. in ho. Non parua autem ē hic
demonstratio virtutis: inopiam facile ferre:
ex iustis nutriri laboribus: colligari inuicem
amoris virtute: patrem habere secum ⁊ cu/
rare. CHRY. super math. Estimare aūt
primos velociores ad predicandum q̄z rhe/
tia mittebant: istos autem quasi pigriores: q̄z
adhuc rhetia componebant: non sumus au/
si: quia differentiam eorum cognoscere soli/
us est christi. Forte ergo illi propter petrū di
cti sunt mittentes rhetia qui predicauit euan
gelium: sed non composuit. Isti autem pro/
pter ioannem componentes: qui euangeliu3
composuit. Sequitur: Et vocauit eos. Erāt
enim habitatione ciues: dilectōe concordes:
artificio pares: faternitatis coniuncti pietate.
Ideo simul vocauit eos: ne tot bonis coniun
ctos dissimilis vocatio sperarct. CHRY.
in homi. Vocando autem nihil eis promisit
sicut prioribus: obedientia enim eorum qui
preuenerant: viam eis preparauerant. S3 ⁊
multa de ipso audierat: scilicet tāq̄3 familia/
res ⁊ consanguinitate coniuncti. Sequit̄: I
li autem relictis rhetibus ⁊ patre secuti sunt
eum. CHRY. super math. Tria eni3 sūt
que relinquere debet qui venit ad christū: act⁹
carnales qui per rhetia piscationis signātur:
substantiam mundialem que per nauem: ⁊
parentes qui per p̄rēm. Reliq̄rūt ḡ nauē vt
fierēt ecclesiastice nauis gubernatores. Reli
querūt rhetia: vt nō pisces afferrēt ad ciuita
tem terrenā: s3 hoies ad celestē. Reliquerūt
vnū p̄re3 vt spiritales p̄res oiu3 fierēt. HI
LA. Eis igit̄ artē ⁊ p̄riam domū relinquē̄ti
bus docemur xp̄m secuturi ⁊ secularis vite
sollicitudine: ⁊ paterne domus cōsuetudine

nō teneri. REMI. Myſtice aūt per mare
deſignatur iſte mundus: ꝓpter amaritudinē
⁊ fluctuationē. galilea aūt iterpretatur volu-
bilis ſiue rota ⁊ ſignificat mūdi volubilitatē.
Ambulauit igiť ieſus iuxta mare dū ad nos
ꝑ icarnationem venit: qꝛ nō carnē peccati: ſʒ
ſimilitudinem carnis peccati ſuſcepit ex vir-
gine. Per duos fratres duo populi dſignā-
tur: q ab vno deo patre creati ſūt: quos vidit
quando eos miſericorditer reſpexit. Per pe-
trum enim qui iterpretatur agnoſcēs ⁊ dicit
ſimon. i. obediēs: deſignatur iudaicus popu-
lus qui per legem deuʒ agnouit: ⁊ preceptis
eius obediuit. Per andreā qui interpretať
virilis ſiue decorus: intelligitur gentilis po-
pulus q poſt agnitionē dei viriliter in fide ꝑ-
manſit. Hos populus vocauit quādo predi-
catores i mundum miſit dicēs: Venite poſt
me. i. relinquite deceptorē ⁊ ſequimini crea-
torē. De vtroqʒ etiam populo facti ſunt ho-
minum piſcatores. i. predicatores. Relictis
aūt nauibus. i. carnalib⁹ deſiderijs. Et rhe-
tibus. i. mundi cupiditatib⁹ ſecuti ſūt chriſtū.
Per iacobum etiā itelligiť iudaic⁹ populus:
qui per cognitionē dei diabolum ſupplanta-
uit: Per ioannem gentilis populus qui ſo-
la gratia ſaluatus ē. Zebedeus aūt: quē relin-
quunt: ⁊ iterpretatur fugitiuus ſiue labens:
ſignificat mundum qui tranſit: ⁊ diabolum
qui de celis lapſus eſt. Per petrum etiam ⁊
andream mittentes rhetia in mare deſignan-
tur illi qui in prima etate dum de naui corpo-
ris ſui mittunt rhetia carnalis concupiſcētie
in mare huius ſeculi vocantur a dño. Per
iacobum ⁊ ioannem reficientes rhetia deſi-
gnātur illi qui poſt peccata ante aduerſitates
venūt ad chriſtum recuperantes que predi-
cauerunt. RABA. Due naues duas ec-
cleſias figurant: eam que ex circunciſione et
eam que ex preputio vocata eſt. Quilibet ēt
fidelis fit ſimon deo obediendo: petrus pec-
catum ſuum agnoſcendo: andreas viriliter
labores patiendo iacobus vitia ſupplātādo.
GLO. Et ioānes vt totuʒ gratie dei aſcri-
bat. ⁊ ideo quater tantum vocatio ponitur: ꝑ
quos predicatores dei quatuor mundi parti-
bus vocatos ſignetur. HILA. Vel i hoc
futurorum euangeliſtarum numerus figura-
tur. REMI. Per hoc etiam quatuor vir-
tutes principales deſignātur. prudentia enī
refertur ad petrum propter diuinam cogni-
tionem: iuſticia ad andream propter operuʒ
virilitatem: fortitudo ad iacobū propter dia-
boli ſupplantationem: temperantia ad ioan-
nem: propter diuine gratie effectum. AV-
GV. de concor. euange. Sane mouere po-
teſt: quomodo ioannes dicat non in galilea:
ſed iuxta iordanem andream ſecutum eē do-
minum: cum alio cuius nomen tacetur: dein-
de petrum ab illo nomē accepiſſe. Ceteri au-
tem tres euangeliſte de piſcatione vocatos
eos dicunt ſatis inter ſe conuenienter: maxi-
me matheus ⁊ marcus. nam lucas andream
non nominat: qui tamen intelligitur in eadē
naui fuiſſe. Hoc ēt videtur diſtare ꝙ tm̄ pe-
tro a domino dictū eſſe commemorat lucas:
Ex hoc iam homines eris capiens. qđ ma-
theus ⁊ marcus ambobus dixiſſe narrant.
ſed potuit prius petro dici ſm lucam: ⁊ am-
bobus poſtea ſm alios duos. Sed quod de
ioanne diximus: diligenter conſiderandum
eſt: cum ⁊ locorum plurimum inter ſit ⁊ tem-
poris ⁊ ipſius vocationis. Sed intelligen-
dum eſt petrum ⁊ andream non ſic vidiſſe
dominum iuxta iordanem: vt ei iam inſepa-
rabiliter inhererent: ſed tantum cognouiſſe
quis eſſet: ⁊ eum miratos ad propria remeaſ-
ſe. Forte autem quod pretermiſerat recapitu-
lat: quia ſine vlla conſequentis temporis dif-
ferentia dicit: Ambulans autez iuxta mare.
Queri etiam poteſt: quomodo binos ⁊ bi-
nos ſeorſum eos vocauerit: ſicut narrat ma-
theus ⁊ marcus: cum lucas dicat iacobum ⁊
ioannem tanqʒ ſocios petri ad adiuandum
vocatos fuiſſe: ⁊ ſimul ſubductis ad terram
nauibus chriſtum ſecutos. vnde intelligen-
dum eſt hoc primo eſſe factum quod lucas i-
ſinuat: ⁊ eos ad capturam piſciuʒ ex more re-
meaſſe. Non enim erat dictum petro ꝙ pi-
ſces nunqʒ eſſet capturus: cum poſt reſurre-
ctionem hoc fecerit: ſed ꝙ homines eſſet ca-
pturus: poſtea hoc factum eſt quod matheus
⁊ marcus narrat: non enim ſubductis ad
terram nauibus tanqʒ cura redeundi ſecuti
ſunt eum: ſed tanqʒ iubentem vt ſequeren-
tur.

¶ Sancti ſtephani ꝓthomartyris.
Mathei.xxiij.cap.

Ecce ego mitto ad vos
prophetas ⁊ ſapientes ⁊
ſcribas: ⁊ ex illis occidetiſ
⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis fla-
gellabitis i ſynagogis ve
ſtris ⁊ perſequemini de ciuitate in ciui
tatem vt veniat ſuper vos omnis ſan-
guis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrā
a ſanguine abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinē
zacharie filij barachie: quem occidiſtis
inter templum ⁊ altare. Amen dico
vobis venient hec omnia ſuper gene-
rationem iſtam.

HILA. i. apoſtolos qui de futurorū reue-
latione ꝓphete ſunt: de chriſti agnitione ſapi
entes: de legis intelligentia ſcribe. HIE.
Vel obſerua iuxta apoſtolum ſcribentem ad
corinthios: varia dona eſſe diſcipulorū chri-
ſti: alios prophetas qui ventura predicāt: ali
os ſapientes qui nouerunt quando debent
proferre ſermonem: alios ſcribas in lege do
ctiſſimos: ex quibus lapidatus eſt ſtephanꝰ:
paulus occiſus: petrus crucifixus: flagellati
in actibus apoſtolorum diſcipuli ⁊ perſecuti
ſunt eos de ciuitate in ciuitatem: expellentes
de iudea vt ad gentiuꝫ populos tranſmigra
rent. ORI. Vel ſcribe qui mittūtur a chri
ſto ſunt ſꝫm euangelium quos ⁊ ſpiritus vi
uificat ⁊ littera non occidit: ſicut littera legis:
quam ſequentes in vanas ſuperſtitiones in
currunt. Simplex autem euangelij narratio
ſufficit ad ſalutem. Scribe autem legis ſcri-
bas noui teſtamenti adhuc per detractionem
flagellant in ſynagogis ſuis. ſed ⁊ heretici q
ſunt ſpiritales phariſei: linguis. vis chriſtia
nos flagellant ⁊ perſequuntur de ciuitate in
ciuitatem: interdū corporaliter: aliqñ autē ſpi
ritaliter volentes eos expellere: quaſi de pro
pria ciuitate legis ⁊ prophetarum ⁊ euange-
lij in aliud euangelium. CHRY. ſuper
math. Deinde vt oſtēdat qm̄ non īpune hoc
faciūt ineffabilē eis ex his timorē incutit. vñ
ſubdiṫ: Vt veniat ſup vos omnis ſanguis.

RABA. i. oīs debita vltio pro effuſo ſan
guine iuſtorum. HIE. De abel quidem nul
la eſt ambiguitas quin is ſit quem chain fra-
ter occiderit. Juſtus aūt non ſolū ex domini
nunc ſñia: ſed ex geneſis teſtimonio cōpro-
batur: vbi accepta eius a deo narrantur mu
nera. Querimus aūt qs fuerit iſte zacharias
filius barachie: qꝛ multos legimus zachari-
as: ⁊ ne libera nobis tribueretur erroris fa-
cultas additū eſt: Quem occidiſtis inter tem
plum ⁊ altare. Alij zachariā filiū barachie di
cunt qui in. xij. prophetis vndecimus ē: pa-
triſqꝫ in eo nomen cōſentit. ſed vbi occiſus
ſit inter templum ⁊ altare ſcriptura non loq
tur: maxime cuꝫ tꝑibus eius vix ruine tēpli
fuerint. Alij zachariā patrē ioānis intelligi
volunt. ORI. Venit enim ad nos quedā
traditio talis: quaſi ſit aliquis locus in tēplo:
vbi virginibus qdē lꝫ adorare deū: ex parte
aūt earū thorum virilem non permittebant i
eo cōſiſtere. Maria aūt poſtqꝫ genuit ſalua-
torē: ingrediens ad orandū ſtetit in illo vir-
ginū loco: prohibentibus aūt eis q nouerant
eā iam filiū genuiſſe Zacharias dixit qm̄ di-
gna ē virginū loco cū adhuc ſit virgo. Ergo
quaſi manifeſtiſſime aduerſus legē agētē oc
ciderūt eū īter tēplū ⁊ altare viri generatōis
illiꝰ. ⁊ ſic verū ē verbū xp̄i qđ dixit ad pñtes
quē occidiſtis. HIE. Hoc tñ qꝛ de ſcriptu
ris nō hꝫ auctoritatē: eadē facilitate ꝯtēnitur
qua ꝓbaṫ. Alij iſtū volūt eſſe zachariā q occi
ſus ſit a ioas rege iude īter tēplū ⁊ altare. i. ī
atrio tēpli. Sꝫ obſeruādum ꝙ ille zacharias
nō fuit filiꝰ barachie ſꝫ ioiade ſacerdotis. Sꝫ
barachias ī lingua noſtra benedicēs deū dr:
⁊ ſacerdotis ioiade iuſticia hebreo nomie de
monſtraṫ. Jn euāgelio vero quo vtunṫ naza
reni: ꝓ filio barachie filiū ioiade ſcriptū repe
rimꝰ. REMI. Querēdum ē aūt quō vſqꝫ
ad ſanguinē zacharie dixerit: cū plurimorū
ſcōꝝ ſanguis poſtea fuit effuſus? Soluitur
aūt ſic: Abel paſtor ouiū fuit ī cāpo occiſus.
zacharias fuit ſacerdos ī atrio tēpli īterfectꝰ.
Jdeo ergo dñs hos duos cōmemorat: qm̄ ꝑ
hos oēs ſci martyres deſignanṫ laicalis. ſ. ⁊
ſacerdotalis ordinis. CHRY. ī ho. Abel
ēt cōmemorauit: oñdēs qm̄ ex inuidia eſſent
xp̄m ⁊ diſcipulos eius occiſuri. Zacharie au
tem mentionem fecit qm̄ duplex preſumptio
fuit in eius occiſione. non. n. ſolum ī ſanctū

hominē facta ē: ſed ⁊ i loco ſcō. ORI. Za/
charias etiam interpretaꝰ memoria dei. ois
ergo q memoriā dei diſperdere feſtinat: i eis
quos ſcandalizat zacharie ſanguinē vi effun
der filij barachie. Per bñdictionē .n. dei:
memores ſumus dei. Ab ipijs ēt memoria
interficitur dei: qñ ⁊ tēplū dei a laſciuis cor/
rumpitur: ⁊ altare eius p negligentiā oratio
num ſordidarum ſordidaꝰ. Abel aūt luctus
interpretaꝰ. Qui ergo nō recipit quod ſcri/
ptum ē: Beati q lugēt: ſanguinem effundit
abel: hoc eſt veritatem luctus ſalutaris. Ef/
fundunt ēt aliqui veritatē ſcripturarum qua
ſi ſanguinem earum: quia omnis ſcriptura
niſi ſm veritatem intelligatur: mortua eſt.

CHRY. in ho. Et vt omnem excuſatio/
nē illis adimeret: ne dicerēt: quoniā ad gen
tes eos miſiſti: pp hoc ſcādalizati ſumꝰ pre/
dixerat ꝙ ad eos eſſent mittendi diſcipuli: ⁊
iō de viſione eorū ſubditur: Amē dico vo/
bis: veniēt hec omnia ſup generationē iſtā.

GLO. Non hos tantū preſentes dicit: ſꝫ
oēm generationē precedētē ⁊ futurā: qꝛ oēs
vna ciuitas ſunt: ⁊ vnum corpus diaboli.

HIE. Regula aūt ſcripturarū eſt: duas ge
nerationes bonorum ⁊ malorum noſſe. De
generatione bonorum dicitur: Generatio
iuſtorū benedicetꝰ: de malis vero in preſenti
loco generatio viperarum. Ergo ⁊ iſti quia
ſimilia ſicut chain: ⁊ ioas cōtra apoſtolos geſ
ſerunt: de vna generatione eſſe referuntur.

CHR. in ho. Vel aliter quia gehēne pe/
na quā eis cōminatus fuerat tardabat. Cō/
minatur etiā eis pñtia mala cū dicit: Veniēt
hec oia ſuper generationē iſtā. CHR. ſu/
per math. Sicut enim oia bona: que in ſin/
gulis generationibus a cōſtitutione mundi
oēs ſancti merebantur: illis nouiſſimis ſunt
donata: qui receperunt chriſtū: ſic omnia ma
la que i ſingulis generationibꝰ a cōſtitutione
mundi pati meruerūt oēs iniqui: ſup nouiſ/
ſimos iudeos venerūt: qꝛ chriſtū repulerūt.
Aut ita: ſicut omnis iuſticia precedētiū ſcōꝝ
imo oīum ſanctorū tm̄ mereri nō potuit quā
tum gratie datū ē hoibus in chriſto: ſic oīuꝫ
peccata ipiorū tātum malum mereri non po/
tuerunt quātū venit ſuper iudeos vt corpora
lia paterentur: qualia paſſi ſunt a romanis: ⁊
ſic poſtmodum oēs generationes eorū vſqꝫ
in finē ſeculi ꝑijcerentur a deo: ⁊ ludibrium
fierēt gentibus vniuerſis. Quid .n. peiꝰ po
teſt fieri ꝙꝫ filium cū miſericordia ⁊ humilita
te veniētē nō ſuſcipere ſed tali modo interfi
cere. Vel ita: ois gēs vel ciuitas nō ſtatiꝫ cū
peccauerit punit eam deꝰ: ſed expectat ꝑ mul
tas generationes. qñ āt placuerit deo: perde
re ciuitatem illam aut gentēꝫ videtur omniū
generationum precedentiuꝫ peccata reddere
illis: qm̄ que omnes merebātur: hec ſola paſ
ſa eſt: ſic ⁊ generatio iudeoꝝ pro patribꝰ ſuis
videtꝰ punita. Vere autem nō pro illis ſed ꝑ
ſe cōdemnati ſunt. CHRY. in ho. Qui
enim multos iā peccātes vidit ⁊ incorrectus ꝑ
manſit: eadem rurſus vel grauiora faciens:
maiori eſt pene obnoxius.

¶ Hieruſalem hieruſalem: que oc/
cidis prophetas ⁊ lapidas eos qui ad
te miſſi ſunt: quotiens volui congre/
gare filios tuos quēadmodum galli/
na congregat pullos ſuos ſub alas: et
noluiſti. Ecce relinquetur vobis do/
mus veſtra deſerta. Dico enim vo/
bis non me videbitis ammodo donec
dicatis: Benedictus qui venit in no/
mine domini.

CHRY. i ho. Poſt ꝑdcā ad ciuitatē con
uertit dñs ſermonē: ex hoc erudire volens
auditores. vñ dicit. Hieruſalē hieruſalem.
Hec autē duplicatio miſerētis ē: ⁊ valde di
ligentis. HIE. Hieruſalē aūt ñ ſaxa ⁊ edi
ficia ciuitatis ſed habitatores vocat: quā pr̄is
plāgit affectu. CHRY. ſup math. Pre/
uidēs ruinā ciuitatis illius ⁊ plagam: que a
romanis ſuperuētura erat. recordabaꝰ quidē
ſanguinis ſanctorū ſuoꝝ: q effuſus erat ab
illis ⁊ poſtmodum effundendus. vñ addit:
Que occidis ꝓphetas: ⁊ lapidas eos qui ad
te miſſi ſunt. Miſſum ad te iſaiam occidiſti:
⁊ ſeruū meum hieremiaꝫ lapidaſti. Ezechie/
lem tractuꝫ per lapides excerebraſti: quō ſal
uaberis: que ad medicum non venire ꝑmit/
tis ⁊ non dixit Occidiſti aut lapidaſti: ſed oc
cidis ⁊ lapidas. i. quaſi hꝫ ꝓpriū ⁊ naturalem
conſuetudinem habens: vt occides ⁊ lapi/
des ſcōs. Eadem fecit apoſtolis que fecerat
aliquādo ꝓphetis. CHRY. i ho. Deinde
cū vocaſſet eā: ⁊ abominabiles eiꝰ occiſiones
dixiſſet: quaſi ſe excuſando dixit: Quotiens

volui congregare filios tuos. q. d. nec҃ predictis occisiõibus me a tua beniuolētia auertisti: sed volui te mihi adiungere: non semel aut bis sed multotiens. Magnitudinem autem amoris sub similitudine galline ostēdit. AVG. de que. euan. Hoc eni gen⁹ aiantis magnum affectum in filios habet: ita vt eorum infirmitate affecta infirmetur ⁊ ipsa. Et quod difficile in ceteris animantibus inuenies: alis suis filios protegens contra miluum pugnat: sic ⁊ mater nostra dei sapiētia: per carnis susceptionē infirmata quodammodo: ſm illud apostoli. Quod ifirmū ē dei: fortius ē hoibus; ꝓtegit ifirmitatem nostrā ⁊ resistit diabolo ne nos rapiat. ORI. Filios aūt hierusalē dicit ſm ꝙ dicimus semp: ciuium successores precedētium filios. Dicit autem: Quotiens volui: cum sit manifestuz semel eum docuisse i corpore iudeos. Semp .n. xp̄s presens fuit ⁊ i moyse ⁊ i ꝓphetis ⁊ in angelis ministrantibus saluti humane ꝑ singulas generatiões. Siquis autem nō fuerit congregatus ab eo: iudicabitur quasi noluerit congregari. RABA. Cessent igit heretici christo principium ex virgine dare: omittant alium legis ⁊ prophetarū deum ꝑdicare. AVG. in enchiridion: Ubi ē autē illa omnipotentia qua in celo ⁊ in terra oia q̄cunq҃ voluit fecit: si colligere filios hierusalem voluit ⁊ non fecit? An non potius illa qdem filios tuos ab ipso colligi noluit: ſʒ ea q̄q҃ nolēte: filios eius collegit ipse quos voluit. CHRY. in ho. Deinde cōminat penā quam semper formidauerūt. s. ciuitatis ⁊ tēpli euersionē dicēs: Ecce relinquet vobis domus vestra deserta. CHRY. sup mathe. Sicut .n. corpus aia recedente prius qdem frigescit: deinde putrescit ⁊ soluit: sic ⁊ templū nostrū dei spiritu recedente pri⁹ seditionibus ⁊ in disciplinatione replebitur: deinde veniet ad ruinam. ORI. Semper ēt eis qui noluerunt congregari sub alis ei⁹ cōminatur christus: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta idest anima ⁊ corp⁹. Sʒ ⁊ siquis ex vobis noluerit congregari sub alis christi: ex tempore illo ex quo congregationem refugit actu magis q̄ȝ corpore: non videbit pulchritudinem verbi: donec penitens a proposito malo dicat: Benedictus q venit in nomine domini. Tunc enim verbū dei benedictum venit sup cor hominis: quādo fuerit quis conuersus ad deum. vnde sequitur: Dico enim vobis: non me videbitis ammodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini. HIE. q. d. Nisi penitentiam egeritis ⁊ confessi fueritis ipsum esse me: de quo prophete cecinerunt filium omnipotentis patris: faciem meam non videbitis: Habent ergo iudei datum sibi tempus penitentie. Confiteantur benedictum q venit in nomine domini: ⁊ christi hora conspicient. CHRY. in ho. Vel aliter: Per hec occulte secundum aduentum significauit: quoniam tunc omnino eum adorabunt. Quod autem dicit ammodo ad tempus crucis refertur.

¶ Sancti ioannis euangeliste. Joānis vltimo capi.

Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem: qui ⁊ recubuit in cena supra pectus ei⁹ ⁊ dixit: Domine quis ē qui tradet te? Hūc ergo cum vidisset petrus dixit iesu: Domine hic autem quid? Dicit ei iesus: Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres: q discipulus ille non moritur. Et nō dixit ei iesus. non moritur: sed sic euz volo manere donec veniam: quid ad te? AVG. Cū p̄nūciasset dn̄s petro q̄ morte clarificatur⁹ eēt eū iuitat euz ad sui seqlā. vn̄ dr̄ ei: Sequere me. Cur dr̄ petro: Sequere me: nec dr̄ ceteris q siml' aderāt: q eū sic magistrū discipuli seqbāt. Sʒ si ad passionē intelligēdū ē: nūqd sol⁹ ꝓ xp̄iana v̄itate passus ē petr⁹: nōne ibi erat iacob⁹ q ab herode māifestat occisus. Dex aliqd dixerit: qm̄ n̄ ē iacob⁹ crucifix⁹: merito dictū eē petre: Seqre me q n̄ solū mortē: ſʒ ⁊ mortē crucis sicut

xp̄s erpt⁹ ē. THEO. Audiēs aūt petrus
quia mortem pro chriſto paſſurus eſt: querit
de ioāne an moriatur. vñ ſequitur: Conuer/
ſus petrus vidit illum diſcipulum quem dili
gebat ieſus ſequentem: qui recubuit in cena
ſupra pectus eius ⁊ dixit: domine quis eſt q
tradet te? AVGV. Seipſuz dicit diſcipu
lum quem diligebat ieſus: quia ipſum pre ce
teris ⁊ familiarius diligebat: ita vt i cōuiuio
ſupra pectus ſuum diſcumbere faceret. Cre
do vt iſtius euangelij quod per eum fuerat
predicaturus: diuinam excellentiam hoc mo
do altius commendaret. ſunt qui ſenſerint:
⁊ hi non contemptibiles ſacri eloquij tractato/
res a chriſto ioannez propterea plus amatū:
quia ab ineunte pueritia caſtiſſimus vixerit.
Sequitur: Hunc ergo cum vidiſſet petrus
dixit ieſu: Domīe h autē quid? THEO.
.i. nunquid nō morietur ⁊ ipſe: vt quidaz ex
ponunt. Sequitur: Dicit ei ie. Sic euz vo.
ma. do. ve. quid ad te? AVGV. ⁊ repeti/
tum eſt: Tu me ſequere tanq̄ʒ ille ideo nō ſe
queretur: qm̄ eum manere voluit donec ve/
niat. Quis facile aliud eē credat q̄ʒ quod fra
tres crediderunt qui tunc erant. Sequit̃. n.
Exijt ergo ſer. iſte inter fra. qr diſci. il. non
moritur. Sed hanc opinionez ioannes ipſe
abſtulit ſubdens: Et non dix. ie. non mo. ſʒ
ſic eū vo. ma. do. ve. quid ad te? Sed cui pla
cet adhuc reſiſtat ⁊ dicat verum eſſe quod ait
ioannes: non dixiſſe dominum q̄ diſcipul⁹
ille non moritur: ſed hoc tamen ſignificatum
eſſe talibus verbis: qualia eum dixiſſe narra
uit. THEO. Vel dicet: Chriſtus non ne
gauit ioannem moriturum. naz quicquid ori
tur moritur: ſed dixit: Volo eum manere. i.
viuere vſq̄ʒ ad mundi finez: tunc pro me pa
tietur martyrium ⁊ ideo fatentur adhuc illuz
viuere: ab ātichriſto vero debere occidi: vna
cum helia predicaturum nomen chriſti. Sed
tū aſſignetur ei ſepulchrum: viuens quidez
illud intrauit: poſtea diſceſſit. AVGV.
Vel forte aliquis i illo ſepulchro eius quod
eſt apud epheſuz dormire potius eū: q̄ʒ mor
tuum iacere cōtendet: aſſumens argumentū
q̄ illic terra ſenſim ſcaturire ⁊ quaſi ebulire
perhibetur: atq̄ʒ hoc eius anhelitu fieri perti
naciter aſſeuerās: Sʒ cur eius diſcipulo quē
pre ceteris diligebat: ꝓ magno munere lon/
gum in corpore donauerit ſomnum: cuz bea
tum petrum per ingentem martyrij gloriam
ab onere corporis abſoluerit eiq̄ʒ conceſſerit
quod paulus ſe concupiſcere dixerit: Cupio
diſſolui ⁊ eſſe cuz chriſto. Si aūt vere ibi qđ
ſemp ſparſit fama aut ideo fit: vt eo modo cō
mendet̃ precioſa mors eius: qm̄ nō eā cōmē
dat martyriū: aut ꝑ aliquid aliud quod nos
latet: manet tñ queſtio cur dixerit dn̄s de ho/
mine morituro: Sic eum vo. manere donec
veniam. Illud etiam mouet ad querendum:
cur ioannē plus dilexerit dn̄s: cū ipſuz dn̄m
plus dilexerit petrus: q̄ʒtum ipſe ſapio: me/
lior ē qui plus diligit chriſtū: felicior ē vero
quē plus diligit chriſtus facile reſponderim
ſi iuſtitiā liberatoris noſtri queadmodū defē
derem ꝓuiderem. Aggrediar igit̃ de ſoluē/
da queſtione tam ingenti duas vitas ſibi di/
uinit⁹ predicatas nouit eccleſia: quaꝝ vna ē
in fide: altera in ſpe. Iſta ſignificata eſt per
apoſtolū petrū ꝑ apoſtolatus ſui primatuz:
illa ꝑ ioannē. ideo huic dr̃: Seq̄re me. ꝑ imi
tationez. ſ. ꝑferendi tpalia mala de illo vero
dicitur: Sic eum vo. ma. donec veniā. q. d.
Tu me ſequere. per imitationem perferen/
di temporalia mala. ille maneat donec ſempi
terna venio redditur bona: quod apertius di
ci pōt: perfecta me ſequatur actio informata
mee paſſionis exēplo. Inchoata vero ꝯtem/
platio maneat donec venio ꝑficienda cū ve/
nero: qđ nō ſic itelligendū ē: quaſi dixerit re
manere vel ꝑmāere ſʒ expectare: qm̄ qđ per
eū ſignificat̃: cū venerit xp̄s iplebit̃: i hac aūt
actiua vita quāto magis chriſtū diligim⁹: tā/
to facili⁹ liberamur a malo. at ipſe nos min⁹
diligit quales nos ſumus: ⁊ hic ideo liberat:
ne ſemp tales ſimus. ibi vero āplius nos di/
ligit: qm̄ qđ ei diſpliceat: ⁊ qđ a nobis aufe/
rat nō hēbim⁹. amet ergo cū petr⁹: vt ab iſta
mortalitate liberemur. amet̃ ab eo ioānes: vt
i illa imortalitate fruemur. Cur ḡ ioānes mi
nus eū diligebat q̄ʒ petrus ſi eā vitā ſignifi/
cabat i qua ē multo āplius diligēdus: niſi qr
ꝑ ea dcm̄ ē: Volo eū manere. i. expectare:
Donec veniā: qm̄ ⁊ ipſum amorē q tūc mul/
to āplior erit nōdū habem⁹: ſʒ expectam⁹ fu
turꝝ: vt dū ipſe venerit habeam⁹. Hoc ergo
ꝑ petrū ſignificatū ē plus amantē: ſʒ minus
amatū: qr min⁹ nos amat chriſt⁹ miſeros q̄ʒ
beatos: veritatis aūt ꝯtēplationē qualis tunc
futura ē min⁹ amam⁹: qr nūc nōdū nouim⁹

nec bēnꝰ. Nemo tñ iſtos iſignes aplos ſe/
ꝑet: ⁊ iō ee qđ ſignificabat petrꝰ ābo erāt: ⁊
ī eo qđ ſignificabat ioānes ābo futuri erant.
GLO. Vel alr: Sic eum volo manere .i.
nolo eū ꝑ martyriū ꝯſūmare: ſꝫ expectare eū
ī placidā abſolutionē carnis ſue: qñ ego ve/
niēs recipiā eū ī eterna btitudie. THEO.
Vel alr: Totū ī hoc ꝙ dicit dñs petro: Seq̄
re me: cūctoꝝ fideliū prelaturā ei iſtituit. Si
mul āt ⁊ ſeq̄ itelligas hic imitatōnē ī cūctis ⁊
verbis ⁊ opibꝰ: oñdit ēt affectionē ad ipſuꝫ:
q꞉ q̄ nobis aſtrictiores ſunt: hos ſeq̄ nos vo
lumꝰ. CHRY. Si ꝓo dixerit qs: q̄lr igi
tur iacobꝰ ithronū aſſumpſit hieroſolymoꝝ:
illud itaqꝫ dicā: qñ petrꝰ orbis terrarū ithro
niſauit magiſtrum. Sequitur: Conuerſus
petrus vidit illum diſcipulum ⁊c. Non ſine
cauſa recolit illam accubationem: ſed vt oſtē
dat quantam petrus habebat fiduciam poſt
negationeꝫ. Qui enim in cena non audebat
interrogare: ſed ioanni interrogationem cō/
miſit huic ⁊ prepoſitura fratrum credita eſt:
⁊ non ſolum non committit alteri interroga
re que ad ipſum pertinent: ſed de reliquo ip
ſe pro alijs magiſtrum interrogat. Quia igi
tur magna ei predixerat dominus ⁊ orbem
terraꝝ cōmiſerat: ⁊ martyrium prenunciaue
rat: ⁊ amorē ꝑ teſtatꝰ ē ampliorē: volēs ⁊ io
annē cōicatorē accipere dixit: Hic aūt quid:
quaſi diceret: Nonne eadem nobiſcum ve/
niet via. Valde .n. ioannē amabat petrus: ⁊
ꝑ euāgeliū oſtendit᷑ coꝝ colligatio: ⁊ in actu/
bus aploꝝ. Sic igit᷑ nūc vicē reddit petrus
ioāni. Eſtimās aūt eū velle iterrogare: de ſe
ipſo: nō audere: ipſe ꝓ eo ſuſcipit iterroga/
tionē. Quia vero debebāt orbis terraꝝ ꝓcu
rationē accipere: nec oportebat eos đ reliquo
ſibi iuicē eſſe ꝯiunctos: qđ eſſet dānum orbi
terraꝝ ꝓpterea dñs dicit ſm lr̄aꝫ grecā. Sic
eū volo manere donec veniā: q̄d ad te: tu me
ſequere. q. d. Opus tibi cōmiſſum attende ⁊
perfice: hūc vero ſi voluero manere hic quid
ad te: THEO. Quod vero dr̄ cū venero
q̄dā ſic itellexerūt: ac ſi diceret: Quouſqꝫ cō/
tra iudeos q̄ me crucifixerunt: veniā percuti
ens illos baculo romanoꝝ. Aiunt. n. hunc
aplm vſqꝫ ad veſpaſiani tēpus cū hieruſaleꝫ
capienda erat ī locis illis ꝯuerſatū. Vel dic:
Dum venero .i. dum hunc volens dirigam
ad predicandum: te neqꝫ nunc dirigo ad or/
bis pontificatū: ⁊ in hoc ſeq̄re me. ipſe vero
manet: hic donec ⁊ eum educam ſicut te.
CHRY. Deide euāgeliſta diſcipulorum
opinionē ponit ⁊ corrigit: vt ſupra dictū eſt.

¶ Hic ē diſcipulꝰ ille q̄ teſtimoniuꝫ ꝑhibet de his: ⁊ ſcripſit hec. Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

CHRY. Quia ex multa certitudine ſcri/
pſit ioānes: nō refutat ſuiipſius teſtimoniū
ī mediū ferre. vñ dicit. Hic ē diſcipulus ille
q̄ teſtimoniū perhibet de his. Cōſuetudo. n.
eſt cū valde vera dicamus nr̄um teſtimoniū
nō denegare: ⁊ multomagis ille q̄ ſpūſancto
ſcribebat. vñ ⁊ alij apl̄i dicebāt: Nos ſumꝰ
teſtes hoꝝ. Sequit᷑: Et ſcribebat hec: qđ ip/
ſe ſolus dicit q꞉ poſterior ad ſcribendū venit
chriſto monēte. vñ ⁊ frequēter oñdit chriſti
ad ſe amorē: occulte inſinuās cām ex qua ad
ſcribendū ꝓceſſit: ⁊ fidedignū faciens hunc
ſermonē ex ſua dignitate. Sequit᷑: Et ſcimꝰ
q꞉ veꝝ eſt teſtimoniū eius. Quibus eniꝫ ade
rat: ⁊ neqꝫ cuꝫ crucifigeret᷑ defuit: ⁊ mater ei
cōmiſſa eſt: que ſunt ſigna amoris: ⁊ ꝙ cum
certitudine ſciat omnia.

¶ Sanctorum innocentum Mathei .ij. cap.

ANgelus domini apparuit in ſomnis ioſeph dicēs Surge ⁊ accipe pueruꝫ ⁊ matrē eiꝰ: ⁊ fuge ī egyptū ⁊ eſto ibi vſqꝫ dū dicā ti/bi. Futuꝝ ē. n: vt herodes querat puerū ad ꝑdēdū eū. Qui ꝯſurgēs accepit pueꝝ ⁊ matrē eiꝰ nocte ⁊ receſſit in egyptū. Et erat ibi vſqꝫ ad obitum herodis: vt adimpleret᷑ quod dictū ē a domino per prophetam dicentem: Ex egypto vocaui filium meum.

RABA. Hic pretermittit mathēꝰ diē pu
rificatōis ī qua oportebat ꝑmogenitū offerri
ī tēplo: ⁊ agnum vel par turtuꝝ: non aūt co/
lumbaꝝ. Et quāuis timerent herodē: tamē
non ſunt auſi tranſgredi legem: q̄n ad tem/
plum pueꝝ deferrent. Cum itaqꝫ rumor de
puero iam inciperet dilatari: mittit᷑ āgelꝰ q̄ i

egyptum faciat puerum tranſportari. vnde
dicit: Angelus do. ap. in ſom. ioſeph. RE
MI. Per hoc ꝙ ſemper angelus ioſeph in
ſomnis apparuiſſe dicitur myſtice deſignatꝛ:
quia illi qui a curis terrenis: ⁊ ſecularibꝰ ne
gocijs quieſcũt: perfrui angelica viſione me
rẽtur. Dicit ergo ei: Sur. ⁊ acci. pue. ⁊ ma.
eius. HILA. Cum deſponſatam eam iu/
ſto ſignificabat: coniugem nuncupauit: ſed
poſt partum mater tm̃ Jeſu oſtenditꝛ: vt quẽ
admodum iuſto ioſeph deputaretur marie ĩ
virginitate coniugium: ita venerabilis eius
oñderetꝛ ĩ ieſu matris virgitas. CHRY.
ſup math. Non aũt dicit accipe matrẽ ⁊ pue
rum eius: ſed econuerſo: qꝛ non propter ma
trez puer natus eſt: ſed propter puerũ mater
preparata eſt. Sequitur: Et fuge in egyptũ.
Quõ aũt filius dei ante hoiem fugit? aut qs
liberet de inimicis: ſi ⁊ ipſe inimicos ſuos ti
met? Et primum quidem oꝫ vt regulam hu/
mane nature quam ſuſcepit ꝯſeruet: ⁊ ĩ hac
parte: qꝛ humane nature ⁊ puerilitati conue
nit fugere poteſtatem minantem: deinde vt
ceteri chriſtiani cũ neceſſitas ꝑſecutionis ad
uenerit fugere non erubeſcant. Sꝫ quare in
egyptum? Recordatus eſt enim dñs q non
in finẽ iraſcitur: quanta mala fecerit ſup egy
ptum: ideo mittit filium ſuum in eam: ⁊ dat
illi magne reconciliationis ſignum: vt decez
plagas egypti vna medicina ſanaret: vt po/
pulꝰ qui ante fuerat perſecutor populi ꝑmo/
geniti: cuſtos fieret filij vnigẽiti. vt quia illi
violenter dominati ſunt: iſti cum deuotione
ſeruirent: vt iam non irent ad mare rubrum
demergẽdi: ſꝫ vocarentꝛ ad aquas baptiſma/
tis viuificandi. AVGV. in ſer. de epi.
Audi etiam magni myſterij ſacramentum.
Moyſes aliquando in egypto ꝑfidis clauſe
rat diẽ: illuc chriſtus adueniens ſedentibus
in tenebris reddidit lucem. fugit: vt illumi/
naret: nõ fugit vt lateret. Sequitur: Et eſto
vbi vſqꝫ dum di. tibi: futurũ eſt enim: vt he
ro. pue. querat ad perdẽdũ eũ. Putabat. n.
infelix tyrãnus ſaluatoris aduentu regali ſe
ſolio detrudendũ: ſꝫ non ita ẽ. nõ ad hoc ve
nerat chriſtus vt alienã gloriã inuaderet: ſed
vt ſuã donaret. Seqꝛ: Qui ꝯſur. acce. pue.
⁊ ma. eius noc. ⁊ receſſit ĩ egyptũ. HILA.
.ſ. idolis plenã: Jã. n. poſt iudeoꝝ ĩſectatio
nẽ iudeã relinquẽs: ignorãti ſeculo colẽdꝰ ĩ/
fertur. HIERO. Qñ igitur tollit pueꝝ ⁊
matrẽ eius vt in egyptũ tranſeat: nocte tollit
in tenebris. qñ vero reuertitꝛ ĩ iudeã: nec nox
nec tenebre ponuntꝛ ĩ euãgelio. CHRY.
ſup math. Ois. n. ꝑſecutionis anguſtia nox
ẽ: refrigeriũ aũt dies. RABA. Vel qꝛ lu
ce vera recedẽte lucis ipſius mores in tene/
bris remãſerũt: ipſa vero redeũte illuminan
tur. CHRY. in ho. Vide aũt ſtatim ipſo
nato tyrãnũ inſanire: ⁊ ꝙ mater cũ puero ad
extraneã effugatꝛ regionẽ: vt ſi tu icipiẽs ali/
cui ſpirituali rei deſeruire: videaris tribulari:
nõ turberis: ſꝫ oĩa virilr̃ feras hoc hñs exẽ/
plũ. BEDA. Qđ. n. dñs a parẽtibꝰ ſubla
tus ẽ ĩ egyptũ: ſignificat electos ſepiꝰ maloꝝ
ĩprobitate ſuis effugãdos ex ſedibus: vel ẽt
exilio dãnãdos. Si qdẽ ipſe q ſuis erat pre/
ceptorꝰ: Cũ vos ꝑſecuti fuerint ĩ vnã ciuita
tẽ: effugite ĩ aliã: ꝑmꝰ fecit qđ precepit: fugiẽ
do hoiem quaſi homo ĩ terra: quẽ ſtella ma/
gis paulo ante adorãdũ mõſtrauit ex celo.
REMI. Qđ aũt dñs in egyptũ iturꝰ eẽt:
predixerat eſaias cum ait: Ecce dñs aſcẽdet
ſuper nubem leuem ⁊ ingredietur egyptuꝫ:
⁊ diſperdet ſimulacra egypti. REMI. Cõ
ſuetudo autem fuit iſtius euangeliſte omnia
que dixit cõfirmare: ⁊ hoc ideo: qꝛ iudeis ſcri
bebat: Ideoqꝫ ſubiungit: Vt adimple. quod
dictum eſt a do. per prophe. dicen. Et egy.
vo. fi. meum. HIERO. de optimo gene
re interpretandi: Hoc. lxx. interpretes non
habent: ſed in Oſee propheta iuxta hebraicã
ſcribitur veritatem: Quia puer iſrael: ⁊ dile
xi eum. Ex egypto vocaui filium meum: ꝓ
quo. lxx. tranſtulerunt: Quia paruulus eſt
iſrael ⁊ dilexi eum: ex egypto vocaui filium
meum. HIERO. ſuper oſee: Hoc autez
teſtimonio vtitur euãgeliſta: qꝛ hec typice re/
feruntur ad chriſtum. Notanduꝫ. n. ꝙ ĩ hoc
propheta: ⁊ in alijs ita de aduentu chriſti: ⁊
deuotione gentium prenunciatur vt radix hi
ſtorie non penitus deſeratur. CHRY. in
ho. Et ẽt prophetie lex multa multotiens de
alijs: cõplent aũt in alijs: ſicut de ſymeone ⁊
Leui dictũ ẽ. Diuidã eos in iacob: ⁊ diſꝑgã
in iſrael: qđ nõ in eis ſꝫ ĩ nepotibꝰ cõpletũ ẽ
qđ ⁊ hic apparet. Chriſtꝰ enim natura dei fi
liꝰ ẽ: ⁊ ſic in eo ve ꝓphetia complet. HIE.
Poſſumus aũt ⁊ huc locũ ꝯſolari: ⁊ iducẽ/
mus teſtimoniũ ex numeris: Deꝰ ex egypto

vocauit eu͂: gloria ei⁹ ſicut vnicornis. REMI. Per ioſeph aūt deſignat̄ ordo predicatoꝝ: p Mariā ſacre ſcripture: p pueꝝ noticia ſaluatoris: p pſecutionē herodis pſecutio quā paſſa ē eccl'ia i hieroſolymis: p fugā ioſeph in egyptū trāſitus pdicatoꝝ ad gētes infideles: Egyptus.n.tenebre interpretatur. p tp̄s quo fuit i egypto ſpaciū tp̄is ab aſcēſiōe dn̄i vſq̄ ad aduētū antichriſti: p obitū herodis extinctio inuidie in cordibus.

¶ Tunc herodes videns quoniam illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde: ⁊ mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu ⁊ infra: ſecundū tēpus quod exquiſierat a magis.

CHRY. ſup math. Poſtq̄ paruulus ieſus magos ſuo iperio ſubiugauit: non poteſtate corporis ſꝫ gr̄a ſpūs iraſcebat̄ herodes: q2 quos ipſe ſedens in throno regni ſuadere nō potuit: his ieſus paruulus placuit i preſepio tacēs: deide ↄtēnentes cū magi addiderunt cauſas doloris. vn̄ dr̄: Tūc hero. vidēs qm̄ illu. eſſet a magis ira ē valde. Jlla.n.regū ira magna ⁊ iextinguibilis eſt: quā regni zelus accēdit. Sꝫ quid fecit? Mittēs occidit oēs pueros. Sicut.n.beſtia vulnerata: qcqd oculis ei⁹ occurrit: quaſi actorē ſui vulneris dilaniat: ſic ⁊ ille deluſus a magis irā ſuam ſup paruulos diffundebat. Dicebat.n.cogitās in furore: Certe magi pueꝝ iuenerunt: quē regnatuꝝ dicebāt. nā rex regni zelo repletus de his oīa timet: oīa ſuſpicat̄: Jdeo ergo miſit ⁊ iterfecit oēs paruulos: vt vnum iueniret in oībus. AVG. in ſer. de epi. Et dū iſeq̄t xp̄m regi nr̄o coeuū: ꝓcurauit exercitū ſtolis victricib⁹ cādidatū. AVG. i ſer. de inocētib⁹: Ecce ꝓphan⁹ hoſtis beatis paruulis nūq̄ tm̄ ꝓdere potuiſſet obſequio q̄ntū ꝓfuit odio nā q̄ntū ↄtra eos iniq̄tas abundauit: tm̄ gr̄a b̄ndictiōis effulſit. IDEM. O paruuli beati: ille de veſtra corona dubitabit i paſſiōe ꝓ xp̄o: q ēt paruulus baptiſmū prodeſſe nō exiſtimat chriſti: nā q nat⁹ hr̄e potuit predicatores angelos narratores celos: adoratores magos: potuit ⁊ illis ne ꝓ eo ſic morirent̄ preſtare: ſi ſciret illa morte perituros: ⁊ nō potius maiore felicitate victuros. Abſit vt ad liberādos hoīes chriſt⁹ veniēs de illorū premio q ꝓ illo iterficerent̄: nihil egerit q pēdēs i ligno ꝓ eis a q̄b⁹ iterficiebat̄: orauit. RABA. Nō ē aūt ↄtent⁹ vaſtatiōe bethleem: ſꝫ adiacentia loca vaſtauit: nec vllā miſericordiā etatis habuit: a filio vni⁹ noctis vſq̄ ad filiū duoꝝ ānoꝝ: qn oēs occideret. vn̄ ſubdit: Jn bethleē ⁊ i oīb⁹ finib⁹ ei⁹ a bimatu ⁊ infra. AVGV. in ſer. de epi. Jn celo enim viderāt magi ignotiſſimā ſtellā non añ paucos dies: ſꝫ añ finē bienij ſicut ingrēti herodi patefecerūt. vn̄ a bimatu ⁊ ifra occidit ifantes: pp qđ ſequit̄: ſm tp̄s qđ exquiſierat a magis. AVGV. in ſer. de ino. Vel q2 timebat ne puer cui ſidera famulant̄: ſpēꝫ ſuā paulo ſup etatē vel infra transformaret: vel etatē ſui tp̄is occultaret: ideo videt̄ pueros a bimatu vſq̄ ad pueros vni⁹ diei iterfeciſſe. AVGV. de cō. euā. Vel aliquoꝝ magis ꝓpinquātiū periculoꝝ terrorib⁹ agitatus: herodes ab illa cura. ſ. iterficiēdi pueros mente abrepta i alijs poti⁹ occupat̄. vel potuit credere magos fallacis ſtelle viſione deceptos poſtea q̄ꝫ nō iuenerūt quē natū putauerāt: erubuiſſe ad ſe redire: atq̄ ita timore depulſo a pſequēdo puero q̄euit. ⁊ ſic cōpletis dieb⁹ purgatiōis tute cū illo aſcēdere potuerūt. Quis.n. nō videat vnū illū diē regē multis occupatū latere potuiſſe: deide vulgatis reb⁹ que i tēplo dicte facteq̄ fuerāt: herodes ſenſit ſe a magis illuſum: ac deide ſicut hic dr̄: multos infantes occidit. BEDA i ho. Jn hac aūt morte pueroꝝ: oīum xp̄i martyrū precioſa ē mors deſignata: q paruuli occiſi ſunt: ſignificat per humilitatis meritū ad martyrij ꝑueniēdū gloriā: q2 i bethleē i oīb⁹ finibus eius occiſi ſunt: oñdit i iudea. vn̄ eccleſie cepit origo: ⁊ vbiq̄ p orbē pſecutionē ſecuturā. q bimi occiſi ſunt: doctrīa ⁊ opatione pfectos indicāt. Qui vero ifra ſimplices q2 illi q̄dem occiſi ſunt: ⁊ xp̄s euaſit: inſinuat corpora martyꝝ ab ipijs poſſe perimi: ſꝫ xp̄ꝫ ab eis non poſſe auferri.

¶ Tunc adimpletū eſt: quod dictū eſt per hieremiam prophetam dicentem: Vox in rama audita eſt: plorat⁹ ⁊ vlulatus multus: rachel plorans filios ſuos ⁊ noluit conſolari: q2 nō ſunt. Quia euangeliſta honore ipleuit auditorem

342

crudelem occiſionē. CHRY. in ho. Mar rās rurſus mitigationē apponit: oñdens q hec nō facta ſunt deo nequeūte ꝓhibere atq ignorāte: ſ ꝑ ꝓphetā predicentem. vñ dic: Tūc ipletū ē. HIERO. ſup biere. Hoc hieremie teſtimoniū mathe⁹ nō ſm hebraicā veritatem: nec iuxta. lxx. ꝓtulit. Ex quo pſpi cuū ē euāgeliſtas ⁊ apl'os nō iterpretationē alicu⁹ ſecutos: ſ tanq hebreos qd legebāt hebraice ſuis ſmōib⁹ expſſiſſe. HIERO. ſup math. Qd aūt dr: In rama nō putemus loci nomē eſſe: qd eſt iuxta Baba: ſ Rama excelſum iterptat: vt ſit ſenſus. Vox i excel ſo audita ē. i. lōge lateq diſpſa. CHRY. ſup math. Vel qm de morte inocētū: ideo i excelſo audiebat: ſm illud: Vox paupis pe netrat nubes. Qd aūt dicit Plorat⁹: fletum paruuloꝝ oñdit. Qd aūt dicit Vlulatus: ma trū ſignificat lamētū. i paruulis aūt mors fa ciebat finē doloris: i matrib⁹ aūt ſemp ꝑ me moriā reparat. ⁊ ideo dicit: Vlulatus mult⁹ rachel plorās filios ſuos. HIE. De rachel nat⁹ ē beniamin: i cu⁹ tribu nō eſt bethleē. Querit ergo quō rachel filios iude. i. filios bethleē quaſi ſuos ploret? Rñdebim⁹ breui ter: q ſepulta ſit iuxta bethleē in effrata: ⁊ ex corpuſculi hoſpitio mřis nomen accepit: Si ue qm iuda ⁊ beniamin due trib⁹ iuncte erāt: ⁊ herodes preceperat nō ſolū i bethleē iterfici pueros: ſ ⁊ i oib⁹ finib⁹ eius ꝑ occiſionem bethleē itelligim⁹ multos ēt beniamin fuiſſe ceſos. AVGV. de que. no. ⁊ ve. te. Vel q filij beniamin q ad rachel ptinent: olim a reliqs tribub⁹ extincti ſunt: ⁊ i pñti ⁊ i futu ro ceſi. Tunc ergo rachel cepit filios ſuos plangere: qñ filios ſororis ſue i tali cā vidit occiſos: vt eterne vite heredes exiſterent: cui .n. aliqd aduerſum eueniat ex felicitate alteri us: i fauſta miſere luget. REMI. Aſſum pſit aūt ſcūs euāgeliſta ad exaggerādam ma gnitudinē luctus: vt diceret ēt rachelem mor tuā ploraſſe filios ſuos: ⁊ noluit cōſolari: q nō ſunt. HIE. Et hoc ſm duplicem intelli gentiā: ſiue q eos i eternū mortuos exiſtima ret: ſiue q ſe ꝯſolari nollet d his: quos ſciuit eſſe victuros: vt ſit ſenſus: Noluit ꝯſolari d hoc q nō eſſet. HILA. Nō. n. nō erāt hi q mortui putabant: i eternitatis. n. ꝓfectū ꝑ martyrij glīam efferebant. ꝯſolatio autē rei amiſſe erat preſtāda: nō aucte. HILA. ſup math. Rachel eccl'ie typū ꝓtulit diu ſterilis: nūc fecūde. huius ploratus ex filijs nō ideir co q ꝑemptos dolebat audit: ſ q ab his ꝑ imebat: quos filios retinere voluiſſet. RABA. Vel ſignificat eccl'iam qdē plorare ſcō rū de hoc ſeculo ablationē: ſ nō ita velle ſe ꝯſolari: vt q ſeculū morte vicerūt: rurſus ad ſeculi certamina ſecū redeāt tolerāda: q non ſunt vltra reuocādi i mūdum. GLO. Vel nō vult ꝯſolari i pñti: q nō ſunt: ſ omnem ſpem ⁊ ꝯſolationē ad eternā trāſmittit vitā. RABA. Bene aūt rachel: q ouis vel vi dens dr: eccl'iam figurat: cuius tota intentio vt deū ꝯtemplet: inuigilat. ⁊ ipſa eſt ouis cē teſima quā paſtor in humeris reportat.

¶ Catena aurea angelici. diuiniq doctoris Sancti Thome de aquino Sacri ordinis pre dicatorum. Diligēter. Fideliterq nuper re dacta labore non modico. ſuper omnia euan gelia dominicalia ⁊ ferialia: ac etiam ſuper quedā euangelia de ſanctis. Per Religio ſum Patrem. Fratrem. Petrum de Vin centia. Sacri eiuſdem ordinis. Quam vir hac in arte imprimendi ſingularis. Joānes rubeus vercellenſis. Miro modo. Admira biliq ingenio. hijs noſtris temporibus: vti quodam ſingulare munus celeſte nobis im preſſam In Alma Venetiarum ciuitate. be nedicti a fonte impenſis dedit. Anno domi nice ſalutis. M. cccc. lxxxxiiij. xxiiij. aplis.

Innocētius Papa. In ſermōe. Ecce pluſq Salomon hic. De Sancto doctore Thoma de aquino. Sic dicit.

Huius Doctoris Sapientia Pre ceteris. Excepta canoni ca. Habet proprietatem ver borum. Modum dicendorū. Veritatem Sententiarū. Ita vt nunq qui eum tenuit inue niatur Atramite Veritatis Deuiaſſe: Et q eum ipugnauit. SEMPER. fuit De ve ritate. SVSPECTVS.

UNIVERSIDADE · LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

S. TOMÀS DE AQUINO

CATENA AUREA

Sala R
Gab.
Est.
Tab. 29
N.º 1